

à tales menores farián gran prefumpcion al fecho febre que fueffe el testimonio, vbi Gregor. Lopez in glosa gran prefumpcion, citat gl. illam in d. l. inuitis, & Bald. in l. fin. C. de his quibus vt indignis.

Resoluo ergo in proposito gloss. in d. l. inuitis, pupillum proximum pubertati, dolique capacem regulariter iudicium non facere ad torturam neque ad condemnandum, sed ad inquirendum tantum, iuxta supra dicta contra Ioan. Andr. & Bald. vbi supra, nec non & contra las. in d. l. fin. num. 6. C. de his quibus vt indigni vt cum Marfil. probauit rectius Carer. vbi supra, Anton. Gomez, & ceteri ad hoc præcitati, cum glossa prædicta eiusque sequaces contrariam non dicant nec probent, & probat late cum aliis Farinac. de opposi. contra testes, quest. 58. num. 18. & melius, num. 48. & 49. vbi plures allegat. & n. 50. si inquit, quod quamuis las. vbi supra, & alij quos citat teneant contrarium, non tamen per hoc recedas à proposito limitatione, quæ non solum magis communiter à Doctoribus recepta est, sed etiam & verior omnino apparet, quinimo pro hac sententia expendo d. l. 19. tit. 16. p. 3. dum dicit testimonium minoris 20. annis in criminalibus & minoris 14. annis in aliis libris magnam presumptionem facere, si minor sit doli capax. Ex quo clarè deducitur id locum non habere in criminalibus in minore 14. ann. sed tantum in civilibus, quasi propriè velit illa lex, quod ita demum dictum minoris 20. ann. in criminalibus faciat magnam presumptionem, si & dummodo non sit minor 14. ann. sed maior: at verò dictum minoris 14. ann. & doli capacis in civilibus tantum.

Hæc tamen nostra sententia limitatur, vt non procedat, quando veritas aliter haberi non potest, quia ex natura negotij alij testes haberi non possunt actu & habitu attento communi consuetudine enim huiusmodi testis sufficiens est ad torturam, alias secus vt probat Alberic. in l. testimonium, num. 2. versic. & maxime si aliter veritas, & c. ff. de testib. & plures allegans Farinac. vbi supra num. 20. cum sequentibus, vbi num. 30. inquit esse ita tenendum contra Decium, & alios: quia non solum hæc limitatio communiter recepta est à Doctoribus, sed etiam verissima, Marfil. in l. infans, n. 42. cum sequentibus, ff. ad l. Corne. de sicar. Carer. vbi supra n. 16. vbi etiam ex Alber. in d. l. testimonium, ff. de testibus, quod in ista specie duo impuberes sufficerent ad condemnandum, Marfil. consil. 127. num. 12. vbi se refert aliis in locis. Tal. in l. si. C. de his quib. vt indigni. quod vltimum verum non credo ex additione ad Decium, verbo, ad testium in l. 2. §. item impuberes, ff. de reg. iur. est enim contra communes regulas, & iuris traditiones, vt etiam probat Farinac. vbi supra, n. 34.

Præterea glossa illa ad d. l. inuitis, intelligi debet, quando iudex procedit ex officio, secus si ad instantiam partis, vt cum Guidon. de Suza, & Florian. tenet Angel. de malefic. vbi supra in versiculo, item minor, & Brunus vbi supra, nec non & Carer. num. 15. vbi hoc verum intelligit in adultoro, non vero in impubere, is namque etiam ex officio procedendo non facit iudicium (intellige sufficiens ad torturam) nisi alia concurrant, secundum Blancum Modern. quem refert in l. fin. versic. minor sub num. 349. ff. de questionibus, eandem declarationem ad d. glossam sequuntur communiter DD. & eos referens Farinac. d. g. 58. num. 37. cum sequentibus, contra Alex. & Cagnol. vbi quod est verissima, intellecta tamen non quoad plenam probationem, sed tantum quoad iudicium, & presumptionem faciendam vt latius

probat num. 44. ¶ Debet tamen præfata qualitas defectus aliorum testium, & probationum in primis constare aliunde, quam ex dictis ipsorum minorum, qui putà examinari dicant alios in factis non interfuisse, nam non creditur ipsis sic volentibus sanare nullitatem eorum depositionum, vt docuit eleganter Alex. consil. 64. num. 6. lib. 1. & alij plures, quos refert Mascard. de probat. conclus. 1246. n. 8. lib. 3. & Farinac. vbi supra, n. 35. vbi quod de veritate huius sublimitationis sunt videnda, que in simili, & generaliter dixit infra de teste inhabili, g. 62. n. 27. & 69.

Et præterea requiritur quod ex natura facti, & delicti actu, & habitu verisimiliter alij testes interuenire non poterint, vt in delicto domi commisso, nemore, praestibulo & similibus. Vnde secus erit si solum alij testes non interuenierint dummodo verisimiliter interuenire poterint, vt cum Alex. & aliis in terminis probat Farinac. de opposi. contra testes d. g. 58. n. 56.

S V M M A R I V M.

- 1 An Reus interrogari possit de sociis, & num. 2. 3. 4. 5.
6 Inquisitio an formari possit ex dicto socii criminis? & numeris segg. per totam questionem

An Inquisitio formari possit ex dicto socii criminis?

Q V A E S T I O V.

¶ VERO vltierus, an Inquisitio formari possit ad assertionem, vel ex dicto socii criminis? Et vt hanc questionem perfectius absoluerimus, primo agendum est, an reus inquisitus, vel accusatus possit interrogari de sociis?

In qua questione regula vera, & communis est quod regulariter reus accusatus, vel inquisitus, si est securus indistinctè potest interrogari de sociis: si vero est liber confessus crimen non potest de sociis interrogari, nisi contra eos ad sint iudicia ad id sufficientia, præterquam in casibus specialibus à iure expressis, & tunc debet interrogari non quidem particulariter, & in specie de hoc, aut illo, sed generaliter, qui faciunt eius socii, vel complices in delicto, vt late probat, & resoluunt de iure Ant. Gom. in 3. tom. cap. 12. de probat. delict. num. 17. qui num. precedenti enumerat casus præd. speciales, nempe in crimine heresis, laesæ Majestatis humanæ, falsæ monetæ, in maleficio, & mathematico, in crimine nefando contra naturam, in furto famoso, & in aliis casibus postis & collectis per gloss. & DD. in l. fin. C. de accusat. & in crimine assassini probat cum aliis Tiber. Decian. 2. tom. tract. crim. c. 50. n. 49. eandem resolutionem, & sententiam testatur communem opinionem Ioan. de Amicis, consil. 27. n. 1. prout ex eo refert Iul. Clar. in præd. crim. lib. 5. §. fin. g. 21. versic. dictum socii, eamque sequitur etiam in foro interiori Nau. in man. lat. in c. 18. n. 39. 40. & 57. est communis etiam, vt per Mascard. lib. 3. de probat. conclus. 131. n. 1. & Farin. in quest. crim. 1. p. 11. de indic. & tort. g. 43. n. 3. vbi eam late iure & ratione probat plures allegans, & in num. segg. pluribus modis eam ampliat, limitat, & sublimitat, examina singulos casus exceptos, pleniùsq; alios: hanc etiam in effectu probat citans Theologos, & alia obliuiscas Emanuel

Emanuel Rodriguez in sua Summa cap. 10. del orden judicial, n. 8. & eam probat, & quod etiam in casibus in quibus reus de confociis interrogari potest, non debet reus in specie contra aliquem interrogari, sed tantum in genere, nisi contra eumdem addit aliqua presumpcio, seu aliquid iudicium de delicto de quo interrogatur, testatur communem plures referens D. Franciscus Monald consil. 3. n. 65.

Vnde reicio distinctionem Barr. in l. repeti, §. 1. ff. de questionibus, dicens quod aut agitur de delictis quæ non committuntur principaliter in offensam, vel odium alicuius, sed in commodum ipsius delinquentis, vt falsam monetam, furari, &c. Et tunc potest delinquens de sociis interrogari: aut agitur de delictis, quæ principaliter committuntur in odium, vel offensam alterius vt est homicidium, adulterium, &c. Et tunc non potest delinquens, licet de se confessus de sociis interrogari quamuis Augustin. de Arimi in addit. ad Angel. de malefic. in verbo, fama publica post num. 109. dicat quod hodie assessores communiter videntur obseruare hanc doctrinam, & eam sequuntur plures alij relati à Farin. d. g. 43. n. 109. sed tamen eam accerrimè impugnat Salic. in d. l. fin. num. 5. C. de accusat. cuius opinio contra Barr. est magis communis, & vera, & in prædic. seruatur, vt ex aliis probat Farinac. vbi supra num. 106.

Reicio etiam opinionem Salic. in d. l. fin. n. 7. in princ. C. de accusat. vbi late distinguens concludit quod in his criminibus, quæ regulariter non solent committi sine sociis, potest delinquens de sociis interrogari, cuius considerationes seruatur in effectu, secundum Boffium in tit. de indic. n. 145. & refert Iul. Clar. vbi supra, & est communis hæc opinio Salic. secundum Anton. Gomez, d. 3. tom. c. 12. de probat. delict. num. 16. quam etiam sequitur, & communem proficitur plures alios allegans Farinac. d. g. 43. n. 107. & 109. vbi nu. 110. ampliat, sed contrarium tenent Nata, consil. 298. num. 2. ad medium versic. quamquam hæc doctrina, & Peguet. decis. 5. num. 8. Ego vero has opinionem tantum probio quatenus, & in his in quibus consonant atque conueniunt cum prioribus sententia, & resolutione communi, & suis limitationibus.

Condemno tamen aliorum opinionem dicentium quod, quicquid sit de iure, hodie ex consuetudine interrogatur reus in omni casu, vt testantur plures, quos citat Clar. vbi supra dicens quod hæc consuetudo in illo dominio non seruatur: nisi in furibus, fraudatoribus falsis, vel bladonum, assassinis & latronibus, qui in viis publicis grauantur in ceteris autem semper vidit seruari ius commune, & quod ideo laudabile esset suo iudicio ad hæc re iuri communi, vbi in specie non vigeret talis consuetudo, & Farina. d. g. 43. n. 123. post Mascard. lib. 3. de probat. conclus. 1131. n. 51. in fine, vbi plurimos referunt testantes de præd. consuetudine, & inquit Bertazol. consil. 341. num. 8. lib. 2. quod quicquid alij dicant, ita obseruatur de eadem generali consuetudine Italix, & quod hæc opinio, tanquam communis est amplectenda, sed contrariam cum Iul. Clar. vbi supra, & aliis probat Farinac. vbi supra, n. 123. & præcipue ex eodem Bertazol. consil. 40. n. 10. volumine 1. vbi sentit præfatum consuetudinem minime esse obseruandam, per textum in l. sed licet, ff. de officio præsid. vbi habetur quod non id, quod sit Roma, sed quod fieri debet seruandum est, adde ad idem eundem Bertazol. consil. 225. post num. 19. eadem lib.

1. & consil. 559. n. 20. in fin. & sequenti lib. 2. vbi declarat d. consuetudinem interrogandi reum super aliis locum habere in diffamatis, & inquit Farinac. d. n. 124. quod ipse in vrbe, ac in pluribus locis status Ecclesiastici in quibus veritas est, non vidit reos de se confessos fuisse à iudicibus de confociis interrogatos, nisi in casibus à iure permisis, & sic non contrariam assertam consuetudinem, sed ius commune seruatum semper vidisse, & ita de iure seruati debere, quod ipse quoque assertimo.


Nunc vero agamus, an ad assertionem socij criminis possit procedi ad inquisitionem contra socium, & complicem eiusdem criminis? Quæ est nostra questio principalis in proposito. Est iustitiam dictum socij criminis ad inquirendum est communis sententia Doctorum, etiam in casibus non exceptis, quam tenet Alex. in d. l. repeti, §. 1. ff. de quest. Brun. & Angel. quos refert, & sequitur Boffius in tit. de inquisitione, num. 44. vbi inquit, quod ita seruatur, & quod maxime etiam locum habebit si procederet sola facti veritate attenda, quod tunc quilibet potest interrogari, vt per Corneum, consil. 241. col. 3. volumine primo, dicit communem in tit. de iudicis, num. 182. Paris de Puteo in tractatu syndicati, in verbo totus c. 1. incip. an seruetur dicto torti mon. 25. ad med. versic. licet, sit sufficiens ad inquirendam, Angel. de malefic. in verbo, hæc est quedam inquisitio, num. 22. & Augustin. de Arimi, in additionibus ad eundem Angel. in verbo, quod fama publica, post num. 31. in versic. & ideo Angel. vbi ex Romano testatur de communi opinione, Bon. in indic. & tortur. 1. p. 3. num. 25. ad fin. in versic. vbi etiam quis, Blanch. in l. fin. num. 387. ff. de questionibus, in tract. de indic. vbi etiam dicit communem, quam etiam communem proficitur Carer. in præd. crimin. in 2. tracta. de indicis, & tortur. §. ostium iudicium, num. 21. in fin. nec non & Thom. Grammat. consil. 21. num. 8. & 10. in versic. & quod quando, & consil. 37. numer. 14. & consil. 67. in fine, Conrad. in præd. in titulo de negatione crimin. in torment. num. 13. in fin. Nata consil. 298. post num. 3. lib. 2. Ioan. de Amic. consil. 17. num. 3. & 5. Crot. in tract. de test. in 3. p. num. 95. & 96. Anton. Gomez in 3. tom. variar. res. 11. de probatione delicti num. 17. in versic. ego tamen credo vbi que, etiam sufficit ad captiuan persone, & ita dicit tenere communiter DD. in cap. 1. de confessio. Villalob. in suo Thesauro communiam opinionum littera C. num. 203. vbi de communi testatur; est etiam communis, secundum Iul. Clar. in præd. crimin. §. fin. g. 21. versic. dictum socii vbi sit tamen & ibi; verita igitur, de communi etiam testatur aliis relatis Bona cola in suis commun. opin. in versic. socius criminis solum facit iudicium ad inquirendam, & tenent relati per Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. casu 472. num. 14. in principio iuncto num. 41. & Bertazol. consil. 341. num. 22. in principio lib. 2. Decian. consil. 18. num. 60. in versic. artamen aduertendum, & num. 62. & sequenti lib. 1. vbi testatur de veriori, & communi opinione, & num. 68. & 69. vbi respondet contrariis, & Menoch. de præd. lib. 1. q. 88. num. 21. in versic. quartus iudicium, est etiam communis, vt plures allegans testatur Mascardus de probatione, lib. 3. conclusio 1311. num. 10. & 25. & inquit Peguera decis. crimin. §. num. 3. per totum, quod ita le habet magis communis, & apud cum seruata opinio, prout eos, & alios refert Farinac. d. quest. 43. n. 125. & quod in casibus in quibus licita est interrogatio de sociis inquirat iudex contra eos, Maranta de ordin. iudic. in. de inquisi-

ione nam. 178. idque indistincte habet hęc communis opinio.

7 Contraria tamen sententia, imò quod dictum socij criminis non faciat indicium ad inquirendum est etiam communis, & magis communis quam tenet Fulgos. consil. 136. in fin. Anania, consil. 59. col. 2. & alios referens Roland à Valle consil. 16. n. 6. cum pluribus sequentibus, & consil. 51. n. 25. volumine 1. & consil. 57. nu. 23. volumine 4. Hippolyt. de Marfil. in sua pract. crimin. s. diligenter. n. 67. & consil. 78. n. 17. Gramat. consil. 35. n. 52. vbi etiam loquitur in duobus locis criminis, Ruin. consil. 147. n. 1. in fin. lib. 5. vbi dicit communem opinionem esse, vt socius criminis nullum faciat indicium, nec ad inquirendum, neque ad procedendum, siue sponte deposuerit, siue ad interrogacionem iudicis, Conrad. in pract. tit. de testib. s. perfonas testium aggrediendo. num. 39. in fin. Ioan. Baptist. Plot. inter consil. crim. diuers. consil. 131. n. 3. vbi alios adducit & testatur de communi opinione veriori, & receptiore Roland. à Valle, d. consil. 16. n. 4. in versis. sed tamen his non obstantibus, & numeris sequentibus lib. 1. & consil. 73. n. 3. cum sequentibus eodem volumine 1. & consil. 3. n. 31. cum sequentibus volumine 3. Cephal. consil. 462. num. 8. & 10. volumine 4. relati per Menoch. vbi supra d. casu 474. n. 24. vers. verum ab hac opinione, Math. Gribal. in suis regul. crim. in verbo, assertio socij inter communes opinion. diuers. com. 3. vbi etiam testatur de vera & communi opinione, eandem sententiam pluribus defendit tanquam magis communem, & magis à Doctoribus approbatam, Laurent. Kicho in suis communibus opinion. centur. 4. concl. 33. communem etiam proficitur Viuius in suis communibus opinio. in vers. testis non admittitur socius criminis, Bertaz. consil. 241. n. 22. in vers. & quod non est etiam sufficiens indicium ad inquirendum, & n. 23. vers. cum igitur lib. 1. & consil. 56. n. 9. & 10. lib. 2. Bursat. consil. 239. n. 37. lib. 3. vbi etiam communem proficitur, & testatur communem plures relati per Mascard. d. concl. 1311. n. 9. & hanc opinionem & veriore, & receptiore dicit Olascus consil. 64. n. 4. & de communi etiam testatur Flamin. Castar. in tit. de exeg. sentent. capio bannito. cap. fin. num. 74. cum sequentibus, vbi inde inferit, quod stante motu proprio Pij V. volentis legitima ad inquirendum debere procedere indicia ad hoc vt sententia contra contumacem bannitum lata exequi possit, non poterit talis sententia exequi, si lata fuit solum ex inculpacione socij criminis, vt præd. refert Fatin. d. q. 43. n. 126.

8 Quid tenendum in questione adeo controvertat? Ego profecto cum Farin. vbi supra n. 127. cum seg. post alios, quos ibi refert, probò nempe, vt si dictum socij criminis sit adincuratum indistincte, siue sit in exceptis, siue non exceptis semper faciat indicium ad inquirendum secundum magis communem sententiam, & pro adminiculo erit infamia rei, vel aliud lene indicium, non tamen sufficit leuissimum, vt per Mascard. vbi supra. n. 11 & 13. in princ. & n. 14. post alios quos citat: si vero dictum socij criminis non sit adincuratum, & tunc indistincte etiam sufficit ad inquirendum, hoc est, ad assumendas informationes super delicto: scilicet quoad formandam inquisitionem ac illam transmittendam in criminibus non exceptis, in exceptis tamen, & in quibus à iure permilla est interrogatio de consociis sola nominatio socij criminis sufficit etiam ad transmittendam inquisitionem. Et hoc modo concordari possunt opiniones

contrarię supra relataz, secundum Clar. vbi supra d. q. 21. in versis. si vero quæratur, vbi ex allegatis per cum non solum testatur de communi opinione, sed etiam semper ita vidisse seruari, & Bonacosa, & alij plures quos refert, & sequitur aduersus alios cum magis communi sententia Farin. vbi supra, n. 130. sed si socius criminis sit perurus non sufficit nec ad inquirendum, vt cum alijs tenet Monalib. d. consil. 1. n. 76.



S V M M A R I V M.

- 1 Inquisitionis remedium an sit ordinarium, vel extraordinarium? & n. segg.
- 4 Inquisitionis remedium cessare debet superueniente accusatore, & numeris segg. Et quid in praxi, & vsu seruatur? n. 6 cum segg.
- 11 Iudex inquirens debet officio requirere partem offensam, an velit accusare, & ei terminum præfigere ceteraque seruare, de quibus hic, n. 12. & segg.

An remedium inquisitionis sit ordinarium, vel extraordinarium.

Q V Æ S T I O VI.

Q V Æ R O etiam an remedium inquisitionis sit ordinarium, vel extraordinarium? Effectus est maximus, quia si lex, vel statutum loqueretur de remedio ordinario, non comprehenderet remedium inquisitionis, si esset extraordinarium. Præterea si esset huiusmodi, superueniente accusatore cessaret iudicium inquisitionis tanquam extraordinarium argumento, l. in causa, l. 2. in princ. ff. de minorib. & in l. in precia. cialit in princ. ff. de non. oper. num. iatione.

In hac questione Bart. in l. 2. s. extraneus, ff. de adul. vult quod inquisitio sit remedium extraordinarium, nisi statum precipiens, quod omni casu esset permilla inquisitio, quo fit vt cum iure ciuili sit regulariter prohibita inquisitio, & iure canonico permilla, vt supra resoluimus q. 1. de iure ciuili erit remedium extraordinarium, de iure vero canonico ordinarium vt tenent DD. quos refert, & sequitur Liber. Decian. 1. tom. 1. tract. crimin. lib. 2. c. 21. n. 12. est communis, secundum Iul. Clar. in pract. crimin. q. 3. in versis. debet autem eandem sententiam videtur tenere, aut saltem pro vera præponere Marant. de ordin. iudic. 6. p. in princ. tit. de inquisit. n. 38. cum segg. ex qua communi infertur, quod cum hodie iure nostro Regio attento, & communi praxi huius Regni inquiri possit regulariter super quolibet delicto vt supra in præd. 1. q. resoluimus, indistincte hodie remedium inquisitionis erit ordinarium non vero extraordinarium.

Nihilominus tamen de iure, communis opinio est, quod inquisitio est remedium extraordinarium indistincte, siue loquamur attento iure canonico, quo simpliciter est permilla inquisitio, vel etiam de iure ciuili, existente statuto, quod omni casu possit formari inquisitio (vniõne idem erit iuxta hanc communem opinionem etiam attento iure nostro Regio, & praxi communi, quibus idem permittitur) secundum Bostium, tit. de inquisitione, num. 17. & ante eum Alciat. c. 1. n. 14.

n. 14. de offic. ordin. & Menoch. consil. 160. n. 259. cum segg. lib. 1. & est magis communis, secundum Clar. vbi supra, qui illam probat & sequitur aliof. que refert: est etiam communis secundum Canter. in suis questionibus crimin. tit. de quest. tan. gentibus accusat. 2. qu. mon. 19. pag. 52. & Fatin. in suis questionibus crimin. 1. p. q. 1. tit. de inquisitione, num. 8.

4 Ex qua communi sententia infertur quod cessare debet remedium inquisitionis superueniente accusatore, prout in nostro proposito DD. omnes fatentur, & ita communiter seruari inquit Alberi. in 3. p. stat. q. 57. vt refert Clar. vbi supra, & Bald. in additionibus ad Speculator in tit. de sent. col. 17. prout eam refert Bost. de inquisit. n. 19. dicentem practicum esse, quod si plenus est accusatio super ea proceditur, & pronuntiat non esse procedendum super inquisitione, eandem illationem sequitur Maran. de inquisitione, n. 38. ad fin. vbi membris segg. congerit nouem limitationes eiusdem illationis.

5 Sed in hoc semper recurrit ad longam distinctionem Salic. in l. ea quidem n. 54. C. de accus. duo membra distinguens, quod scilicet, aut accusator superuenit ante receptas probationes aut post 1. casu, aut potest imputari negligentia accusatori, & non cessat inquisitio, sed accusator repellitur, si vero ei culpa imputari non potest, tunc audiatur, si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, & cessat inquisitio, nisi esset suspectus de collusione, quod si neque sui ne suam iniuriam prosequatur non est audiendus accusator. Secundum casu principali, scilicet, quando accusator superuenit post receptas probationes, tunc si delictum est probatum repellitur accusator, aut non est probatum, & tunc admittitur. Hęc distinctio Salicet. communiter tenetur, secundum Felin. in d. o. qualiter & quando, s. licet autem in fin. versis. de accus. & cum eo Marant. de inquisitione, num. 38. Bostius eodem tit. num. 18. vbi in fin. d. num. inquit, & ita passim, & indifferenter tenet cum Salicet. Bernard. Diaz in pract. criminal. c. 6. num. 9. versis. nam si inquisitionem, Clar. d. q. 3. in versis. ex hac autem circa fin. qui omnes restantur eam communiter tenent, quidquid nouissime aliter velit distinguere Cantera q. 8. criminal.

6 Sed cum hodie attento iure nostro Regio, & communi praxi huius Regni, pro quocunque delicto licitum sit iudici procedere ex officio, & sic ad inquisitionem seruatis seruandis, vt resoluimus supra q. 1. videtur, quod inquisitionis remedium sit ita ordinatum, prout est remedium accusacionis, quod quali omnes sequuntur, ex Ande. de Pisis relato per Bald. in l. 1. §. in initio, post n. 7. versis. sed in quibus ff. de officio prefect. urb. secundum Ioann. de Anania, in d. c. qualiter & quando, s. licet autem n. 9. & affirmat Clarus, d. q. 3. in versis. sed certe ibi, & si hac consuetudine attenta, vbi refert, quod in aliquibus locis remedium inquisitionis factum est ordinarium & remedium accusacionis factum est extraordinarium, prout est in Regno Neapolitano, in quo nullus admittitur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur: & in Francia, vbi, quod plus est, per ordinationes Regias prohibita est accusatio, etiam si quis velit suam, vel suorum iniuriam prosequi, scilicet, quantum ad vindictam publicam, sed dumtaxat permittitur pro suo interesse ciuili, & sic in omnibus causis proceditur per solam viam inquisitionis, secundum Guillier. benedict. & præd. Millei, quos refert; & præterea in Flandria, ex innotis iam stylo & con-

suetudine, pars offensa non potest concludere ad poenam criminaliter, sed tantum fiscalis, vt attestatur præd. locod. fol. 68. n. 13. de iure communi; & in his Regnis Hispaniæ, secus est, vt latè per Ant. Gom. 3. tom. var. c. 1. de delict. num. 28. cum segg. & quod hodie cum inquisitio formari possit in omnibus delictis, hoc remedium inquisitionis dicatur ordinarium ex generali consuetudine, quidquid sit de iure, tenent quam plurimi authores, etque communis sententia, vt resolutum Farin. d. q. 1. n. 10. post Clar. vbi supra. Ant. Gomez d. c. 1. n. 49. in fin. pract. Conrad. de inquisitione, n. 2. Ioan. Mar. Monticell. in pract. reg. 1. n. 61. & Decianus, consil. 18. n. 195. & sequentibus, lib. 1. diximus supra q. 1.

7 Ex quibus ipse Clarus ibi in versis. hinc inferitur, deducit, quod licet de iure accusatio, & inquisitio non possint simul cumulari, vt concludunt omnes teste Romano, in l. edita post num. 138. C. de dend. sed accusatio facit cessare inquisitionem iuxta distinctionem Salic. vbi supra, communiter approbatam, nihilominus attenta præd. generali consuetudine, vnum ex istis duobus remedijs, accusacionis, scilicet, & inquisitionis, non facit cessare alterum, sed ambo simul concurrunt, seu concurrere possunt in principio, medio, & fine totius iudicij criminalis, & ideo etiam si iudex procedat ex officio pro aliquo delicto, quandoque superueniat pars, quæ velit querelare semper admittitur: & è conuerso, si pars ab initio querelat, non propterea cessat iudex ex officio accipere informationes, & examinare testes etiam non productos, nec subministratos à parte, adeo quod modus procedendi, qui hodiernis temporibus obseruatur, est quidam modus in quo potest concurrere mixtura, seu cumulatio vtriusque remedij, scilicet, ex officio & ad instantiam partis, & vnum ab altero non impeditur, quinimo multoties concurrunt denunciatio, inquisitio, & accusatio in eodem processu, & quod hic modus procedendi à consuetudine introductus conuenit opinioni, quam tenebat Nicolaus de Matharel.

8 In Hispania vero, vt prædiximus, iudex cum primum ad suam notitiam peruenerit aliquod delictum esse commissum ex officio, & ad petitionem partis tenetur omnibus vijs, quibus melius possit inquirere veritatem super illo delicto, & audita parte procedere summarie n. delicta maneat impunita, vt in nostra l. 1. & 6. infra hoc tit. l. lib. 3. nona collect. reg. Eademque ratione credimus verum esse & consuetudine in praxi obtentum, vt etiam si adit pars accusans iudex ex officio possit inquirere pro verificatione delicti, testesque examinare à parte non productos, etiam si non timeatur de collusione, non tamen eo casu promotorem fiscalem nominat, nec iubet eum ad accusandum exire, nec ei causam deferret stante accusatore offenso, sed ex officio, & ad instantiam partis examinat testes, ne duplici iudicio super eodem reus molesteretur, aut venteretur, præterquam si iudex iuste timeat partem accusantem colludere, vel eo prætextu negligentem esse in accusando & causam prosequendo: tunc enim, ne delicta maneat impunita, poterit fiscalem constituere, cui referat causam, & eam agat nomine iustitię, atque testes producat ceteraque necessaria peragat, que iudex ex officio multis negotijs prædiximus ita commode sine fiscali pericite non potest: quo casu non debere iudicem cessare ab inquisitione probauit Maran. de inquisit. n. 45.

10 Quinimo iudex ex officio suo modo procedat ad instantiam partis modo per viam inquisitionis potest in quacunque parte processus, & iuris vsque ad sententiam, etiam post publicationem, & conclusionem in causa inducere, & recipere testes, & omnes alias probationes ad offensam, & punitionem ipsiusmet delinquentis, vt late iure comprobatur Ant. Gomez 3. tom. var. resolut. c. 13. de tortur. v. coram, n. 34. ne delicta remaneant impunita, vt addidimus, cum sequitur supra lib. 1. pract. q. 70. num. 5. vbi n. 6. hinc fundari atque ortam videri praxim communem diximus, quae habet vt si fiscalis, vel pars accusans, non ratificauerit testes summariæ informationis in causis criminalibus, ipsæque sint conclusæ absque prædictum ratificatione, ipse iudex ex officio prius quam sententiam diffinitiuam proferat iubet prædictos testes ratificari, eosque ratificari facit, ne delicta remaneant impunita.

11 Oportet tamen quod iudex procedens ex officio requirat prius in actis offensam, vel consanguineos qui possunt accusare prosequendo suam vel suorum iniuriam, vt si velint accusare compareant intra certum terminum accusationemque proponant iuxta glossam in c. presbyter si a plebe 2. q. 4. Maran de inquis. n. 48. vbi quod si ista citatio non fieret prius, tunc quandoque interueniente accusatore cessabit inquisitio allegat alios Boffius, tit. de inquisitione, n. 68. dicit tamen non seruari in illis partibus: sed quod est malum, quia melius veritas elucebit, idem credit loquens in iudice Ecclesiastico, vt debeat partem offensam requirere an velit accusare antequam ex officio, vel ad fiscalis petitionem procedat, Bernard. Diaz de Lugo in pract. criminal. c. 6. num. 9. in versio. Ego tamen semper intellexi, & Anton. Gomez. d. c. 1. num. 17. vbi quod ita praticatur in nostro Regno à peritis iudicibus, quam praxim refert etiam Alexan. in Apostillad Bart in l. 2. §. si publico, post numerum 2. in verbo, modum inquisitionis, ff. de adult. Eamque sequuntur communiter DD. vt ex Blanco, refert Clarus, d. q. 31. in versio. & consequenter, & nos quoque ita quotidie in praxi obseruari vidimus, & videmus, est enim de iure indubitatum, quod iudex possit, & debeat statim parti terminum ad accusandum, & quod vbi in eo termino, non accusauerit, non est postea audienda, textus in l. 2. §. si in versio. in tantum, ff. de adult. & ibi Alberic. & alij DD. antiqui, Bart in l. Papianiana, §. 1. num. 2. ff. de inofficio testamento, probat late alios allegans Anton. Gomez 3. tom. var. resolut. c. 1. de delict. num. 12. & hæc opinio communiter tenetur, secundum Clarum vbi supra, quod verum est, & procedit si post terminum elapsum iudex protulerit sententiam interlocutoriam, in qua pronuntiauit partem non esse audiendam: quia tunc amplius non auditur, secus si talis sententia non sit prolata, quia tunc adhuc res dicitur integra & auctor, vel accusator est audiendus, & poterit agere vel accusare iuxta textum, & ibi communiter DD. in l. Titia, ff. de accus. teste Anton. Gom. vbi supra, num. 25. qui alios allegat, vbi addit, quod quando tempore assignationis primi termini iudex interlocutoriam dixit, quod eo elapso actor, vel accusator amplius non audiantur, tunc non requiritur alia sententia interlocutoria iuxta Angel. & alios, quos ibi ad hoc refert, & quod prædictis non seruat, pars contra quam impositum fuit silentium potest appellare, quia censetur sententia interlocutoria habens vim diffinitiuam, cum postea alio remedio non possit repa-

rari, vt in d. l. Titia, & ibi Bart. & communiter DD. quod si iudex antequam inquireret interrogasset offensum an vellet accusare, & ille dixisset, quod non, & iudex cepit inquirere, non potest postea offensum, accusare, & impedire processum inquisitionis, vt cum Bald. & alijs probat Marant. in de inquis. n. 42. & Bernard. Diaz in sua pract. c. 6. num. 10.

Inquit tamen Clarus vbi supra, præd. praxim esse superfluum cum ex generali consuetudine possit iudex omni casu inquirere: sed nihilominus vtilis est atque valde opportuna factis summarijs informationibus, vt processus fiat cura parte legitima, quæ etiam officium iudicis inquirentis adiuvat, & ita vidi sapientissime praticari, & est communiter obseruari consuetum in his Regnis: quinimo inquit idem Clarus q. 11. in versio. sed quid, quod si pars querelauit, de necessitate citanda est: si vero non querelauit quamuis necessario citari non debeat, cauti tamen & iusti iudices illam semper citationem faciant ad subministrandum iudicia, si quæ habet ad conuadendum intentionem fisci, & quod ita feruatur in illo ducatu, etiam si procedatur per inquisitionem.

Quod si offensum nolit accusare, vel desistere ab accusatione proposita, iudex tenetur procedere ex officio suo, inquirere, & accusare vt in l. congruit, ff. de officio Præsidi, & ibi notant Bartol. & Doctores, l. penultima, tit. 1. p. 7. l. 3. cum sequentibus, tit. 17. p. 3. Bartol. in d. l. 2. §. si publico, ff. de adult. communis, secundum Anton. Gomez, d. c. 1. de delict. num. 10. vbi ampliat vt procedat, etiam in casu quo persona offensa non possit accusare, vt quia seruus, & sibi facta sit iniuria causa & ratione persona non domi, ni Liem apud Labonem, §. si quis sic fecit ff. de iur. iuris, & ibi Bartol. & communis. Ex quo inferitur in praxi, secundum Anton. Gomez vbi supra, quod in casu in quo iudex potest contra delinquentem, ex officio procedere, poterit creare & constituere fiscalem, qui accuset, & quod ita quotidie praticatur, vt probat l. 2. C. de delict. lib. 10. & ibi Bart. & communiter DD. & Paris de Putco, de syndicat. in parte accusatio, num. 12.

S V M M A R I V M.

- 1 Constare de delicto debet prius quam procedatur ad inquirendum & torquendum, & multo fortius ad condemnandum vt in num. 4. distinguuntur n. 2. & 3. ampliat multis modis n. 5. cum pluribus sequentibus, & limitatur multipliciter n. 12. cum seqq.
- 28 Corpus delicti in crimine veneni probatur iudicio medicorum, & n. 29.
- 29 Testes licet bene possint deponere super signis veneni si viderint corpus antequam sepeliretur, non possunt tamen dicere illum mortuum, vel non mortuum veneno, quia hoc est peritorum medicorum & non testium.
- 30 Corpus delicti in crimine veneni, non censetur probatum ex attestatione medicorum asserentium simpliciter, quem mortuum ex veneno, nisi addiderint ex veneno dato, & non ingenio.
- 31 Medici attestare debent, aliquem mortuum fuisse ex veneno dato, non tamen possunt formare in hoc casu iudicium suum ex quo veneno quis obiit nisi scilicet ingenio, an ex dato, nisi

- nisi aliquo alio extrinsecus apparente, vt in exemplo de quo hic.
- 32 Veneni crimen non dicitur probatum in genere ex probatione continui vomitus, vel liore corporis aut ex spumæ ore fluentibus, ratione de qua hic.
- 33 Index sine confessione delinquentis, quod aliquem venenasset debet interrogare huiusmodi reum, de qualitate, & quantitate potionis data, & super habita responsione recurrendum est ad iudicium medicorum, & c. vt hic.

An ad inquirendum contra aliquem de delicto commissio, debeat prius de ipso delicto constare?

Q V A E S T I O VII.

QUÆSTIO VII. **V**ERBO, an ad inquirendum contra aliquem de delicto commissio debeat prius constare, de ipso delicto (hoc est fuisse commissum)? & in hoc communis regula est affirmatiua, quæ omnes communiter DD. ad hoc allegant, licet loquatur respectu torturæ imponendæ in l. 1. §. item illud ff. ad Syllan. cuius verba sunt hæc: item illud sciendum est, nisi constet, aliquem esse occisum non haberi de familia questionem: liquere igitur debet, sceleris interruptum, vt Senatus consulto locus sit, seu ad inquirendum, idem probat Bart. ibi, & in l. fin. col. 1. ff. de questionibus, vbi admonet iudicem, vt faciat videte mortuum, vel vulnera adhuc vt possit postea inquirere: idem probat Angel. de malef. verbo, fama publica, n. 108. in versio. duodecimo, & ibi August. de crimin. & late Paris de Putco in tractat. syndicat. versio. confessio, vbi in tantum dicit hoc procedere, quod etiam si quis constiterit de occidisse hominem in nemore non debet iudex prius illi credere, nisi præmittat ad inquirendum: si homo fui ibi occisus, & debet etiam facere exhumari hominem, ad videndum si fuit vulneratus, si homicidium est de recenti, vel si saltem reperitur ibi ossa sepulta, quæ refert, & sequitur Marant. de ordin. iudic. in 6. p. 1. in præc. de inquis. n. 17. & 18. & quoad inquirendum sola querela, vel denunciatio sufficit, eaque habita tenetur iudex procedere, & inquirere, alias iudex puniti potest secundum Bald. in l. municipia n. 1. C. de seru. fugit. Amodeus de syndicat. n. 72. Clarus in pract. crimin. q. 4. in princip. quare secundum Catum inter consilia crim. cons. 99. post n. 7. versio. 2. etiam lib. 1. ab ipso relatum, practice alios ita semper faciunt, nempe vt constet semper de delicto, & hæc est communis omnium sententia, vt plures allegans proficitur Farinac. in suis question. criminal. 1. part. q. 1. n. 6. sub tit. de inquis. & iterum q. 2. n. 1. vbi quod non solum hæc est communis, & praticata opinio, sed quod ab ea nemo (quem viderit) discrepat, & quod ita omnes DD. exclamant, & allegat vbi plurimos.

tio delicti, sed statim porrecta querela potest, & debet iudex inquirere contra delinquentem assumendo contra eum informationes, & habitis iudicis illum incarcerationi, vel citari facere prout qualitas delicti requirit, alias enim prædicta remanent impunita: & hæc pars nullam habet difficultatem, & ita in his delictis est intelligendum, quod prædictum solum querelam, vel denunciationem sufficere, &c.

Si vero delictum sit facti permanentis, cuius certa remanent vestigia, nempe homicidij cadauer, incendij locus combustus, & similia, tunc etiam porrecta querela, vel denunciatio, non dicitur constare de delicto, nisi prius iudex, seu curia corpus ipsum, seu locum incendij, & reliquias combustionis oculis subiciat, & in furto videatur fractura facta in arca, ostio, vel pariete, in stupro illato puero, vel vi illata puellæ, vt inspiciantur partes pendende per obstrictæ, vel Chieutgos, vel alias personas, vt quotidie fit, & eorum relatione affirmatiua recepta in actis, satis dicitur constare de delicto, quoad hoc vt contra delinquentem procedi possit, & hæc est communis practica totius orbis, vt ex alijs refert, & sequitur Clarus d. q. 4. in versio. quando vero, vbi alia plura admonet faciendia, nempe quod debet cognosci cadauer per testes, qui dum interfectus in humanis erat illum cognouerunt: si id fieri potest, alias debet per vestes, & signa describi, & particulariter adnotari omnia vulnera, vt docent omnes secundum Follet. & quod procedit inquisitio contra furem narrando quod furatus est contra voluntatem domini, licet non sit aliquis dominus nominatus, etiam si ignoretur nomen delinquentis vel offensis, & quod præd. distinctio seruanda sit, quoad inquirendum tenet etiam Farin. vbi sup.

Quod si hoc ita verum est, quoad inquirendum multo fortius, quoad condemnandum procedit, vt minime noceat, nisi verificetur præd. confessio, distinguendo, vt sup. resolut. late idem Clarus q. 5. versio. potest etiam, idem quoad torquendum vt in d. Syllan. illud, & Clar. q. 64. verb. debet autem, est communis, vt alios allegans tenet Farinac. d. q. 2. n. 3. & ante eos agit de hoc late Iaf. in 6. insurandam, quod ex cogunt. §. si. num. 20. vbi idem probat ff. de iur. iur. Bernard. Diaz de Lugo in reg. 125. vbi duobus modis limitat, & ibi eius aditio alios DD. refert, Cepola in athen. sed nouo iure num. 79. C. de seru. fugit. Hippolyt. consil. 14. n. 17. Gandin. de presump. & indicio nu. 6. fol. mibi 175. Cifuent. in l. 79. Taur. in versio. non requiritur Menelin. l. error. num. 18. C. de iur. & fact. ignor. Becius consil. 7. n. 3. cum sequentibus, & n. 11. late Brunot à Sole in suo consil. crimin. n. 175. cum sequentibus, vbi loquitur tam ad torquendum, quam ad condemnandum pro homicidio, furto, & casione falsæ monetæ, nempe vt confessio de delicto non verificata, & sic non confitendo de ipso delicto non noceat: & prius n. 50. cum sequentibus latissime id probauerat, quoad torturam, vt non sufficiat, quod de delicto constet per confessionem rei confitentis se occidisse hominem, & proiecisse in mari, nisi de corpore ad aspectum constet, vel saltem per famam probatam legitime, & quod in materia furti requiritur probari rem de qua queritur tunc fuisse in loco, vnde dicitur subtracta tempore asserti commissi furti, & quod aliter non probatur, etiam quando adesset fractura capse, & loci, & insuper, quod fuit statim auditus strepitus, seu clamor vel exclamatio, vel quod dominus statim conque-

stus est, secundum Marfil. & alios plures DD. quos refert: hoc autem intelligendum est iuxta distinctionem prædictam, in his nempe delictis facti permanentis quorum certa remanent vestigia, adde Ant. Com. in tit. de capt. reorum n. 1. & Olate conf. 66 n. 20. lib. 1.

5 Ampliatur primo hæc communis regula, vt non consisto de corpore delicti non possit ad capturam perueniri, vt probat Marfil. consil. 12. num. 34. & in prætic. crimin. in princ. Ant. Com. in tit. de capt. reorum n. 1. Brunor à Sole n. 13. & in suis questionibus legalibus q. 30. n. 20. est communis secundum Bonacofam in suis communibus opin. par. 2. vers. capitur ut valeat, & Farin. qui alios allegat. d. q. 2. n. 2. vbi idem probat etiam nuncupatum in Clerico, vt capi non possit, nisi prius constet de corpore delicti, communis secundum Corneum, consil. 325. littera C. lib. 4. refert, & sequitur Clarus q. 28. sub vers. quæro nunquid, idem Farin. sub tit. de carcer. quest. 17. num. 74. vbi num. 125. quid si reus fuerit de fuga suspectus an possit capi non consisto de delicto, ac illius corpore.

6 Ampliatur secundo eadem communis regula, quoad torquendum, vt prædiximus. Ampliatur tertio, vt non solum debeat constare de delicto sed etiam de illius qualitatibus, & circumstantiis & propterea practica est, vt index vadat, vel mittat officialem ad visitandum cadaver, & ex eo describat, ac etiam in actis referat, quod percussiones, quot vulnera, punctum, vel casum, & in qua parte corporis habeat, & an sint mortalia necne, & cum quo genere armorum illata, & similia vt prædiximus, & prosequitur latius Farinac. d. q. 2. num. 4. plures allegans, vbi que ita seruat mundi consuetudo.

7 Ampliatur quarto communis regula præmissa, vt procedat etiam si Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, adhuc namque intelligi debet si constet de delicto, & non alias, ita Brunor à Sole vbi sup. n. 143. & Farin. d. q. 2. num. 1. ad fin.

8 Ampliatur quinto, vt de delicti corpore debeat constare, non quidem per coniecturas, & præsumptiones, sed liquide, & per plenas probationes, ita probat rex. in d. l. 1. §. item illud ibi liquere igitur debet ff. ad Syllan. & in l. si quando C. unde vi in verbo patefacta, & ibi Bald. num. 2. Iaf. num. 4. in 4. notat. Boer. decis. 88. num. 2. in fin. in versis vero agitur de maximo præiudicio, Aymon Crauet. consil. 244. in princ. & plures referens Mascard. de probat. lib. 2. concl. 830. n. 5. Olaf. consil. 66. n. 20. & Farinac. d. q. 2. n. 6. vbi in versis. nisi in delictis, hoc limitat in delictis, in quibus vel non remanent vestigia, vel in his, quæ sunt difficilis probationis, prout est furtum; in quo casu intelligi dicta Bofij & Becij, qui alias videbantur loqui contra præfatam quintam communem ampliationem, at vbi cessat difficultas probationis, & vbi post factum remanent vestigia, tunc sine dubio ad probandum corpus delicti indicia, & coniectura non sufficiunt, sed probatio debet esse liquida, & plena, nempe per testes, vel euidentiam facti, vbi late probat sub. d. n. 6. in ver. liquide autem, per totum.

9 Ampliatur sexto, vt constet ex iis, quæ diximus in principio huius questionis, vt procedat, etiam si quis confiteatur homicidium commississe, adhuc namque non potest ex hac solum confessione condemnari, nisi aliter de homine occiso constet, vt etiam Bart. in l. Diuus ff. de milit. testam. est communis, vt plurimos congerens profertur

eam sequutus, & rationem assignans Farinac. d. q. 2. n. 7. vbi cum communi etiam ampliatur, vt procedat in confessione facta inducta à litato, vel consuetudine volente, contumacem haberi pro confesso.

10 Ampliatur septimo, vt nisi constet de corpore delicti, non valeat etiam confessio dicentis se occidisse hominem ignotum in nemore, vel prope litus maris, & illum in mare proiecit, vt sup. diximus, & tenent plurimi ex Clar. q. 55. vers. quomodo autem, & Farin. q. 2. n. 8. vbi quod ex illis apparet, ita à Doctoribus esse communiter receptum, & n. 9. quod in isto particulari casu sufficiat de delicto, & homine occiso constare per famam, vt tenent plures, quos ibi ad hoc citat, & nuncupatim Mascard. de probat. vol. 1. conclusi. 354. n. 5. dummodo fama sit de aliqua certa persona interempta, secus de incerta secundum eundem. Debet præterea intelligi præfata septima ampliatio, vt procedat in eo, qui fatetur se occidisse, & proiecit in mare hominem ignotum; secus si hominem cognitum, & certum de cuius vita facile liquere potest. Ruin. consil. 80. col. fin. vers. tertio responderetur vol. 4. Alex. consil. 19. q. 2. vol. 7. Ant. Gabriel. concl. 17. n. 5. lib. 7. hoc namque casu, si non reperitur ille de cuius vita liquere potest, dicitur ex necessaria consequentia liquere de eius morte; & propterea sequi potest condemnatio consentiens, si illum occidisse, & in mare proiecit inuncto tamen aliquo adminiculo secundum Clar. in prætic. q. 55. versis. quemodo autem, vbi exemplificat in sanguine reperto in loco vbi confiteatur se occidisse, Bof. in tit. de delict. num. 15. vbi pariter pro adminiculo inducit famam, quod ille qui non reperitur fuerit occisus: isto namque casu fama dicitur certa, & ideo probat corpus delicti, sequitur Farinac. d. q. 2. num. 10.

11 Similiter etiam sunt, quam plurimi DD. qui tenent, vt hæc septima ampliatio non procedat in hominibus male famæ putâ in adalansis, & malandrinis, qui prope litus maris versantur, & similia facere soliti sunt, qui si confitentur etiam homines ignotos occidisse, & in mare proiecit possunt ex hac confessione damnari, etiam aliter non consisto de corpore delicti secundum Angel. in l. certum ff. de confes. & in l. vnic. col. 2. C. eodem tit. Iaf. vbi sup. versis. 2. limita, Bernard. Diaz. in reg. 124. in prima limita. Ruin. consil. 80. col. pen. versis. 2. responderetur vol. 4. Marfil. in Rubr. de probat. num. 103. August. Atimi in addit. ad Angel. de malef. in vers. & vestem caelestem num. 26. Blanc. in prætic. crim. in princ. n. 2. Ant. Gabr. d. conclusi. 17. n. 12. lib. 7. Follet. in prætic. crim. in versis. & si confitebuntur n. 34. nec sufficiens secundum ipsos isto casu huiusmodi consentiens esse male famæ, nisi etiam sunt soliti versari, & similia facere prope litus maris, idem probat Brun. de indic. part. 2. q. 6. n. 11. & 12. & Ioan. Mar. Montic. reg. crimin. 19. sed contrarium rectius probatur, & tenent Bof. in tit. de delict. num. 15. in versis. & hæc opinio est vera Brunor à Sole. d. consil. crimin. num. 50. & Farinac. d. q. 2. suo n. 11. vbi que nisi ad probationem corporis delicti concurreret vel fama, vel aliquod aliud adminiculum, numquam condemnaret illos, ita consentientes præsertim, si in tortura fateantur saltem in pœnam ordinariam.

12 Nunc autem regula prædicta communis, sicut vidimus ampliata limitanda est, vt non procedat in delictis occultis, & difficilis probationis, quorum de corpore sufficit constare per coniecturas

cturas vt in terminis etiam Boffius tit. de delicto n. 20. Follet. in prætic. crim. verbo, capiat informationem n. 78. versis. fallit tamen, vbi loquitur in coniecturis validis à iure approbatis, Ant. Gabr. d. conclusi. 17. n. 14. lib. 7. Clarus in prætic. crimin. q. 66. in princ. vbi quod isto casu minores probationes sufficiunt Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 58. n. 2. & hoc omnes admittunt teste Farinac. d. q. 2. n. 12. vbi hanc limitationem iure comprobatur ex altera receptissima Doctorum sententia, quæ habet quod in occultis delictis, & quæ sunt difficilis probationis præsumptiva, & coniecturata probatio habeatur pro plena, & concludenti probatione.

13 Limitatur secundo in delictis, in quibus post factum nulla remanent vestigia, in his enim sufficit probatio corporis delicti per indicia, Boffius in tit. de delict. num. 19. & 13. in fin. vbi quod ita quotidie feruatur tradit Mascard. de probat. lib. 2. conclusi. 830. n. 7. & Farin. q. 2. n. 13. vt diximus supra.

14 Tertio pro limitatione præfata communis regulæ solet assignari crimen furti: in quo DD. communiter maxime sibi ipsi contradicunt, vt patet ex late adductis in proposito per Farinac. d. q. 2. n. 14. cum sequitur, vbi tandem n. 15. resoluit, quod ad inquirendum, aliamendumque informationes super furto, de quo quis querelatur, & illis assumptis, si extant legitima indicia ad capiendum, & torquendum, coniectura, & indicia absque alia investigatione delicti sufficiunt, pura querela furati iuncta eius bona fama, acclamationes, & in continenti factæ conquisitiones, fractura ostij seu capse, fuga famuli, & alia: verum etiam si sequatur confessio, ad condemnandum non debent mouere præcedentia indicia, sed credit debere aliter constare de furto confessato, & propterea quod deneniendum esset ad verificationem confessionis, & si furtum consisteret in pecunia, seu aliis rebus furem interrogat. quid de dicta pecunia, seu rebus fecerit, & si eius responsio verificatur poterit in pœnam ordinariam condemnari: aliter secus, vt tenent plurimi; quos ibi ad hoc refert, & num. 16. cum sequentibus septem coniecturas refert & ponit, quibus probatur corpus delicti furti.

15 Quarto limitatur præfata communis regula, vt non procedat in crimine falsi, quia cum hoc crimen sit difficilis probationis, & suspiciones, ac præsumptiones ad illius plenam probationem sufficiant, idem pariter de illius corpore sufficit constare per indicia, & coniecturas, vt cum communi resoluit Farinac. d. q. 2. n. 21. vbi n. 22. obseruat hanc limitationem non procedere in crimine falsæ monetæ, in cuius delicti corporis probatione, non sufficiunt indicia, & coniectura, sed de illo euidenter, & per inspectionem oculorum constare debet: quia circa hoc nulla adeest difficultas probationis, & ideo consentiens se falsam monetam fabricasse, nisi de ea euidenter appareat, condemnari minime potest, Cephal. consil. 230. n. 11. vol. 2. Brunor à Sole in suo consil. crimin. num. 176.

16 Quinto limitatur, vt non procedat in crimine adulterij de cuius corpore sufficit constare per coniecturas, & indicia, cum ex eo nulla remaneant vestigia Boffius de delict. n. 19. & num. 32. in fin. Plot. consil. crimin. diuersi. 132. num. 26. vol. 1. in magn. Follet. in prætic. crimin. in verbo, capiat informationem, num. 20. vbi loquitur etiam in aliis fornicationibus, & Clar. in prætic. crimin. q. 4. Praxis Criminalis.

in versis. scias tamen, vbi quod in crimine adulterij, ex sola querela tenetur index inquirere, & assumere informationes contra delinquentem, & sequuta rei confessione præcedente prædicta querela, seu illius loco aliqua alia informatione, sequi etiam potest condemnatio, sequitur Fatin. d. q. 2. n. 23.

17 Ampliatur hæc quarta limitatio, vt procedat etiam in crimine sodomie, quod pariter est delictum facti transeuntis, & difficilis probationis, vt per Plotum d. consil. 132. n. 22. Follet. d. num. 20. Bof. in tit. de delict. d. n. 19. ¶ Bene verum est, quod in stupro commisso cum puero, sicut cum virgine probari potest corpus delicti etiam per dictum obstetricum, quæ eos viderint, & ita puerum, seu puellas stupratas dixerint secundum Follet. vbi sup. n. 20. Plotum d. consil. 132. num. 22. & Clar. d. q. 4. versis. quando vero in fi. & Farin. d. q. 2. num. 24.

18 Sexto limitatur eadem communis regula, vt non procedat in crimine hæresis: quia cum sit delictum quod sola voluntate perficitur, ideo ex sola voluntate quæstionis potest damnari, etiam quod de delicto aliter non constet, ita tenet Bald. in l. si quis non dicam rapere, circa princip. in versis. venio ad oppositiones, ibi, istud tamen fallit in hæresi. C. de Episc. & Cler. congerunt plurima idem sequuntur Clar. in prætic. crim. d. q. 4. in versis. scias tamen & q. 55. versis. quomodo autem, & late, & pulchre Arnald. Abb. de agnos. assert. C. abhol. & heret. q. 25. in primo dubio n. 1. cum sequentibus, vbi etiam ampliatur in confessione extrajudiciali Mascard. de probat. lib. 2. conclusi. 839. num. 1. cum sequentibus, vbi alia in materia, & Farinac. vbi sup. n. 25. Idem est in crimine lamiarum, quæ eo ipso, quod dicunt se processisse ad ludos possunt absque alio condemnari, vt alios allegans tradit Farinac. vbi sup. n. 26. dicens secus esse si lamia fateatur occidisse infantes, vnum vel plures luis maleficiis, vel alias: tunc namque non est ei credendum, nisi vere, & realiter constet illos fuisse occisos aliter, quam per eius confessionem.

19 Septimo limitatur, vt sufficiat, quod de delicti corpore constet per famam, ita Ant. Gabriel. conclusi. 17. n. 11. lib. 7. Sed debet intelligi dummodo fama sit certa, & de certa persona, ac in delictis de quibus post factum nulla remaneant vestigia, secus in fama de incerta persona, seu in aliis delictis, vt cum Follet. Blanc. & Boffio tenet, & declarat Farinac. d. q. 2. n. 27. dicens quod in hac specie poterit probari contraria fama per validiores probationes, quod scilicet, mortuus sit, non ex delicto, sed ex se, vel propter infirmitatem vel alia simili de causa, & quod quando fama probat corpus delicti intelligitur, si est legitime probata, alias secus, Brunor à Sole in d. suo consil. crimin. n. 30.

20 Octauo, limitatur, quia si constat de homine occiso licet illius nomen ignoretur, procedi potest, & valer inquisitio gloss. in l. si cum exceptio- ne, §. in hoc versis. ignorancia ff. quod met. causa & in c. fin. §. libellorum 22. q. 8. Clar. d. q. 4. versis. quando vero, & plures referens Farin. d. q. 2. num. 28. ¶ Vbi cum aliis ampliatur, vt procedat, etiam in crimine furti, si constat de furto etiam si ignoretur nomen illius, cuius res fuerit subtrahæta, Mascardus de probationib. lib. 2. conclusi. 89. num. 8.

21 Nono, limitatur in delictis, quæ habent se etiã ad speciem non delictorum, & quæ possunt euenire, aut facti hominis, & sic cum scelere, in his

his namque sufficiunt indicia, & coniectura ad probandum illius corpus, vt in homine, qui suffocatus reperitur, vt per Boff. *de delicto* n. 10. & 11. *Clar. d. q. 4. in vers. fin. & hoc nullam credit difficultatem habere*, Fatinac. *vbi sup. n. 29.* vbi ponit duas coniecturas, vnam publicam vocem, & famam adesse, quod talis fuerit strangulatus, vel in purem ab aliquo precipitatus, alteram si medici viderint signa suffocationis, & strangulationis in gutture, & de eis fidem fecerint, & admonet medicos, in hoc cautos esse debere: quia subitanea mors, & naturalis suffocatio solet etiam causare talia, & peiora signa in gutture, & alia parte corporis, & tandem late agit in vers. *sublimia quid dicendum sit, si nulla apparent indicia seu coniectura*, & sic quando sumus in dubio, an illud factum fuerit cum scelere, & delicto commissum, an vero sine eo, an tunc possit per Curiam procedi, & an presumatur illud, vel hoc & tandem relatis opinionibus in hoc contrariis resouit totum, hoc boni & quique, non vero iniqui iudicis arbitrio remittendum esse, qui semper ad coniecturas, & presumptiones recurrat, & si de corpore delicti, quod videlicet illud factum fuerit cum delicto commissum presumptiones habeat, ad vltiora procedat, vt habetur praefata nona limitatione, sin minus sileat processus: quia in dubio pro non delicto, vt in specie sensit *Clar. d. q. 4. vers. fin.* & in dubio etiam pro minori delicto vt in casu, in quo consuluit Vulpell. in suo primo respons. *crim. num. 21. cum sequentibus.*

25 Vbi ad hoc ne succedat confiscatio bonorum illius, qui in fonte publico fuit reperiens suffocatus, dicitur in dubio praesumi, quod vel ab alio fuerit in illum fontem impulsus, vel quod ex sua infantia se ibidem praecipitem fecerit, potius quam ex metu patris sceleris, vt d. confiscatio euitur, & sic in dubio pro non delicto, vel pro minori delicto, vt poena de qua disputatur locum non habeat, & consequenter erit in dubio semper praesumendum id, quod poenam excludit, & hanc credit esse puram veritatem *Fatinac. d. mem. 29. in fin. diximus lib. 2. canon. questio n. 6. 3. n. 15. cum sequent.*

26 Decimo, & vltimo limitatur communis regula in crimine veneni: quia cum id sit difficilis probationis, coniectura, & indicia probant illius corpus, vt late probat *Fatinac. d. q. 2. n. 30. cum sequent.*

27 Signa autem veneni nemo est, qui melius exprimat iuxta venenorum diuersitatem, & cum medicorum auctoritatibus, quam *Foller. in pract. crim. verbo, capiat informationem num. 26. per totum.*

28 Corpus igitur delicti in crimine veneni probatur iudicio medicorum, & sic quem fuisse interemptum veneno, vel non, *Boffius de delictis, memo. 6. & nono*, vbi ampliat etiam, quod deponat de credulitate, & *Foller. vbi sup. n. 24.* vbi etiam, quod debent deponere cum iuramento, & quatenus opus sit scindere, & aperire cadaver, *Ant. Gom. 3. tom. var. res. siml. de homicid. n. 8. Plaza de delictis. c. 20. num. 11. Clarus in pract. crim. n. 9. 4. vers. fin. Mascard. de probat. l. 1. conc. 134. n. 7.*

29 Testes autem licet bene possint deponere super signis veneni, si viderint corpus antequam sepeliretur, & in hoc sint idonei testes, vt per *Foller. vbi sup. d. num. 24. in fine*, non tamen possunt dicere illum mortuum, vel non mortuum veneno: quia hoc est peritiorum medicorum, & non testium, vt per *Foller. vbi supra, in vers. itemque sororem venenauit num. 14.*

Quinimo ex attestacione medicorum asserentiam simpliciter, aliquem mortuum ex veneno non censetur probatum in hoc crimine corpus delicti, nisi addiderint ex veneno dato, & non ingento: quia saepe contingere potest, quod quis moriatur ex veneno in corpore, ex humorum malicia, & non exhibitio, & signa veneni ingenti à natura sunt eadem, ac illa veneni dati, vt pulchre exponendo venenorum genera, cum medicorum auctoritatibus demonstrat, *Foller. d. vers. capiat informationem n. 6. & 27.*

Idcirco medici, in hoc casu, non possunt formare iudicium suum, ex quo veneno quis obierit, an scilicet, ingento, an ex dato, nisi alio aliquo extrinseco apparere, puta, si post assumptionem cibi immediate, quis incidit in maximam mutationem status, tunc possit iudicare esse venenum introductum, & non per se ortum, ex quo venenum in corpore natum non tam repente operatur, sicut venenum datum, & ex quo cibis ille non potuisset producere ex se tale accidens: sed si huiusmodi intrinseco actus non interueniant, non possunt medici aliquid firmare, ita *Boff. in tit. de delict. n. 6. Foller. in pract. in pari. item quod sororem venenauit n. 4. 13. & 19. §. Vbi quod non dicitur probatum veneni crimen in genere ex probatione continui vomitus, vel ex luore corporis, aut ex spumosi ore fluentibus: quia haec signa possunt etiam ex pestifera febre, aut acuto morbo, citra veneni causam oriri, & refert praedicta. *Fatinac. d. q. 2. n. 34.**

Ex quibus deducitur vtiliter in praxi, quod si quis confiteatur, se aliquem venenasse, & ex illo veneno mortuum, & debet per iudicem interrogari de qualitate, & quantitate portiois datae, & superhabita responsione recurrendum est ad iudicium medicorum, qui si dicant illam portioem non fuisse aptam ad occidendum, talis confessio tanquam erronea non sufficit ad capitaliter condemnandum, *Alexan. com. 106. in causa inquisitionis vol. 3. Franciscus de Poncibus, in tract. de la mis n. 7. Boffius de delict. n. 8.* fecus si medici deponerent fuisse aptam ad occidendum: quia tunc ex tali confessione, potest sequi condemnatio in poenam ordinariam, vt per *Ant. Gom. tit. de homic. n. 8. & Plazam. d. c. 20. n. 10.* quod si de nulla medicatione fide appareat, tunc in hac confessione nullum potest fieri fundamentum, & ideo sequi non potest ex ea condemnatio, vt per *Hippolyt. in l. 1. §. prater ea n. 37. in vers. & in quantum ff. de sicar. Foller. in pract. vers. itemque sororem venenauit n. 15. & n. 27. in fin. & in vers. & si confitebuntur in 1. parte, tertie partis princip. num. 37. & in eodem vers. & si confitebuntur in tertie parte, tertie partis princip. n. 80. & Ant. Gomez. vbi supra. & Ioan. Mar. Monticell. regul. crimin. 19. num. 8. in fin. quos refert, & sequitur *Fatinac. d. q. 2. num. 35. per totum contra Boff. numero 8.**

S V M M A R I V M.

- 1 Copia nominum, & dictorum testium summarie informationis, an sit danda reo? & numeris sequent. per totam questionem. Et de praxi, que seruanda est in hoc n. 16.
- 2 Copia indiciorum danda est reo criminis, cum termino ad se defendendum n. 3. Et iudex ad hoc tenetur ex officio, vt in n. 4.
- 3 Copia testium cum nominibus danda est reo, non solum

Solum facta publicatione processus, sed etiam cum sit onus, vel culpa ipsi, vel notificatur ei querele, vel accusatio partis, vel fiscalis, cum termino competenti, vt se defendat.

- 6 Copia testium, & nominum summarie informationis, danda est reo contra addit. Bern. Diaz. Et quid si aduersarius sit potens n. 7.
- 8 Copia testium, & nominum in causa haresis, non est danda reo. Et limitatur, n. 9.
- 10 Copia testium, & nominum eorum, an sit danda reo, quando agitur de eius fortuna, etiamsi non petatur: & num. 11.
- 12 An reus possit validè renuntiare defensionibus suis & quando.
- 13 Copia dictorum, & nominum testium pro ingressu Collegii, vel obtinenda dignitate, an sit danda oppositori eam petenti, vt iterum repetatur testium examen?
- 14 Copia, & nomina testium, an sint danda reo propter absentiam aliorum reorum? & n. 15.
- 17 Copia processus inquisitionis generalis non est publicanda.

An reo sit danda copia nominum, & dictorum testium summarie informationis?

Q V A E S T I O V I I I.

QUERO an reo inquisito, vel accusato cuiuslibetque delicti, sit danda copia nominum, & dictorum testium summarie informationis contra eum factae statim, cum sibi datur copia inquisitionis, vel accusationis, hoc est. Quando se la haze cargo de officio de la culpa, que contra el resulta del proceso, y si se manda dar copia en traslado del, o de la acusacion de la parte, o del fiscal, y del proceso. Et quod copia quoque nominum dari debet est, expressus in c. qualiter, & quando el segundo, §. debet de accusat. cuius verba sunt haec: *debet igitur esse presentis, contra quem facienda est inquisitio, nisi super consummacionem abfuerit, & exponenda sunt ei ea capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi se ipsum, & non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium, & quae quia, & a quo sit dictum apparent, &c. & ibi DD. resoluimus late plures allegando in nostra iuris allegacione 13. per totam, vbi diximus ita communiter seruati, & iudices aliud facientes laedere conscientiam propriam: idem post nos late probauit D. Segura Aualos in sua direct. ind. Ecclesi. 2. part. cap. 14. num. 1. cum sequentibus, quia alias esset tollere inquisitionis suas defensiones, quas princeps tollere non potest, cum sint de iure naturali, & haec est communis Doctorum opinio, vt plures allegans testatur *Fatinac. in quaestioibus crimin. in 1. par. quest. 39. de indic. & tortur. num. 85.* & hic est communis sensus d. §. debet ad litteram secund. At. et. ibid. & inquit *Boffius, in tit. de inquisi. n. 70.* quod cum de hoc habeamus text. in d. §. debet, non videtur aliter dubitandum.*

Nihilominus tamen ipse *Boffius*, ibi inculcans materiam addit, quod ille text. procedit antequam formetur inquisitio, vbi proceditur aliquo inuestigante, vel querelante: secus si ex officio puro: quia hoc casu non est necessarium ostendere indicia, nec diffamationem praesertim: tandem *num. 71. & 72.* hoc declarat, vt si procedatur iudicialiter, id est, parte citata ante inquisitionem, habeant locum praedicta, quae non possunt euitari, & quod ita loquitur d. §. debet, aut extra iudicialiter ad instructionem curiae, vt solet fieri, & tunc cessant praedicta. Denique *Praxis Criminalis.*

pro maiori sui claritate resouit d. *mem. 72.* quod non sit constitucnda differentia, an ex officio, procedatur, vel non: sed an iudex procedat, citata parte, ante inquisitionem, vt tunc siue ad instantiam partis, siue ex officio procedat d. §. debet, secus si non citata parte, procedat ad se informandum: haec tenet pluribus verbis *Boff. vbi supra.*

Profecto *Boffius* semper iudicauit periculum summum, attamen virum confusum, & plura inculcantem, quae saepe nebulam quandam, & obscuritatem potius, quam claritatem ante oculos obtraherent, non sicut *Iul. Clar.* qui vere nomine, & opere clarissimi ingenij est.

Ad rem igitur, nostra quaestio tantum versatur in eo, an reo inquisito, vel accusato debeat dari copia nominum, & dictorum testium, vt se defendere possit, quoties sibi praecipitur, vt respondeat, & se defendat intra certum terminum, in qua specie non est opus dist. praed. an iudex procedat citata parte, vel non citata, tunc namque incipit fieri, & fulminari processus cum parte, & ideo ei est danda copia nominum, & dictorum testium, vt, se recte defendere possit, non vero agimus anrequam negotium perueniat ad hunc casum, & statim, nempe cum primum iudex informatus de delicto commissio incipit recipere informationes testium pro erucenda, & inuestiganda veritate, siue ex officio, siue ad instantiam partis, nemine citato prout vere tunc temporis non est citandus, quo vsque hiant informationes summarie, & sciatur quaestiois delictum quis commiserit. Hoc enim totum fit ad inquirendum sine citatione partis, & quod nemo ignorat ex notat. *Bald. in l. mouentur in fi. c. de debeat lib. 10. quem refert, ita affirmans Bern. Diaz. de Lugo in sua pract. crim. cap. 1. 20. in fin. in nouis, & ita communiter in praxi obseruatur, & ideo nulla copia, tunc est danda: quia eo tempore iudex tantum procedit ad sui informationem, & ad inuestigandam veritatem, vt ea sic indagata postea incipiat contra partem noxiam procedere, & cum inceperit aduersus eam procedere dare debet eidem copiam aetorum nominum, & dictorum testium, vt se defendat, hic est, text. capitulis, & expressus in d. §. debet, & l. 4. nostri tit. 1. lib. 8. non coll. reg. ibi pero ff. & l. 4. nostri tit. 1. lib. 8. non coll. reg. ibi pero ff. & l. 1. vers. por ende, eodem tit. & l. 1. tit. 17. p. 3. & in crimine nefando contra naturam l. 1. tit. 21. lib. 8. non coll. reg. Emanuel Rodrig. in sua summa c. 10. del orden judicial, n. 3. ad fin. & Ant. Gom. 3. tom. var. res. c. 1. de del. n. 50. & Greg. Lop. in d. l. 11. & procedit etiam si per viam inquisitionis procedatur, vt patet ex d. §. debet, & tenet direct. ind. Ecclesi. vbi sup. n. 4. & 5. & *Simanc. tit. 64. de test. n. 29. vbi n. 30.* quod haec multo magis locum habere debent, in inquisitionibus, & visitationibus, quae aduersus iudices, & eorum ministros fiunt.*

Haecque iustissima iuris decisio comprobatur ex eo, quia defensionis facultas, quae iure naturali omnibus concessa est, nulli vnquam deneganda est, nec iudicem eam denegantem excusare valet zelus puniendi maleficia: est enim prauus, & non secundum conscientiam, crudelis profecto, & iniquus iudex, qui contra diuina, & humana iura hominem inaudium torquet, aut condemnat, vt late iure comprobatur D. *Simanc. de iust. Cath. tit. 65. de tormen. n. 17.*

Hinc est, vt copia indiciorum reo danda sit, atque dilatio concedenda ad ea diluenda, & suam innocentiam probandam, id enim, & natura aequum est, & iure probatur, & ab omnibus iuris peritis traditur *l. conus §. cogniturum, ff. de quaestio-*

nibus l. 3. §. si ad diem de re milit. Clem. pastoralis de re iud. c. 1. de causa poss. & prop. Siman. vbi sup. n. 16. late Campege. in addit. ad Zanchin. de heres. c. 9. Ant. Gom. 3. tom. var. c. 13. de tort. reo. n. 21. vbi quod illa est vera, vultis, & iudicia practica in ista materia, vt ibi per eum Boss. de iudic. & consid. ante tortur. n. 74. vbi quod ita seruat, & forculis praxis recipit Segur. Annal. in suo direct. iud. eccles. 2. p. c. 14. n. 33. cum sequentibus, Cantera q. 9. per totam, vbi ampliat, necnon & Boss. vbi sup. mem. 73. & 80. & hac regula, sine dubio ne dum est communiter recepta, sed etiam non habet contradicteorem, vt late plures allegans cam iure probat Farinac. d. q. 39. n. 1. & numeris seq. vbi vsque in fin. cam pluribus modis ampliat, & limitat, & melius quam omnes materiam declarat.

Et quod reo danda sit copia cum termino ad se defendendum est communis, vt ex Ripa, in l. 2. num. 8. C. de eand. & Villalob. in suo arar. commun. opin. lit. l. n. 22. refert, & probat Iulius Clar. in pract. crimin. §. fin. quast. 49. statim in princip. vbi in vers. 1. inquit quod hac conclusio nullam habet difficultatem, si reus petat copiam sibi dari: nam regulariter etiam si contra aliquem procedatur per viam inquisitionis danda sunt inquisito nomina testium contra eum productorum, necnon & dicta ipsorum eo petente publicanda sunt ad effectum, vt possit se ipsum defendere, & suas exceptiones opponere aduersus eorum dicta, & personas vt colligitur ex d. §. de bet, quod ita firmam scribentes omnes secund. Paris. conf. 2. num. 155. lib. 4. & ita tenere communiter DD. attestatur Caspola conf. crimin. 65. circa fin. & conf. 66. in vers. 1. probatur, & direct. iudic. Eccles. q. 2. p. c. 14. n. 9. vbi etiam ampliat.

Quinimo iudex ex officio etiam reo non petente tenetur indistincte ei copiam indiciorum, & terminum defensionis præbere non solum ante condemnationem, sed etiam ante torturam, licet enim in hoc art. ad sint duæ communes opiniones contrariæ Doctorum, & quedam concordia, hæc tamen sententia, & opinio affirmatiua est magis iuris, & aequitati consona, ac rationi, illi præsertim, quæ ab omnibus vnanimitè, & communiter recepta est, quod scilicet iudex ex officio, ac etiam parte non petente, tenetur rei defensiones querere, ac veritatem inuestigare, vt habet communis omnium sententia de hac re scribentium: cur ergo non debet pariter teneri ex officio ipsi reo commoditatem se defendendi præbere, & consequenter copias indiciorum decernere, ac defensionis terminum concedere licet reus sit Doctor iuris peritus, prudens, & sagax, & talis persona, vt verisimiliter sciat petere copiam, & suas defensiones facere, siue non, vt hæc omnia laudissime rem excutiens, & adducens præfatas duas opiniones communes contrariæ, & concordiam probat Farinac. d. quast. 19. num. 90. cum sequentibus, qui prius num. 35. hanc eandem sententiam magis communiter à Doctoribus receptam appellat, & etiam à iudicibus in praxi seruaram eamque ibi, & num. 40. probat aduersus aliam quandam distinctionem Bossij, eandem tenet Greg. in l. 11. tit. 17. p. 3. in gl. 1. & confirmat Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 8. n. 5. & direct. iud. Eccl. 2. p. c. 14. n. 10.

Itaque non solum in plenario iudicio facta publicatione processus danda est reo copia ipsius, cum nominibus testium, sed etiam cum sit onus, vel culpa ipsi, vel notificatur ei querela, vel accusatio partis, vel fiscalis cum termino competentis, vt se defendat, vt patet ex omnibus suprad.

Itaque ad hoc vt reo dicatur concessa facultas sui defendendi: debet ei decerni & concedi copia indiciorum ex processu contra ipsum laborantium, alioqui oppressus & circumuentus diceretur, ita tenent in specie Amad. de synde. num. 223. vers. quoad quartum. Angel. de malef. in verb. quod fama publica, præced. num. 37. vers. cum aduertat, & ibi Aug. in sine Additionis in vers. conde concludo, Marfil. in l. 1. in princ. num. 12. ff. de qu. vbi multos adducit concordantes & conf. 8. n. 23. & segg. Brun. de iudicis prima parte, q. 2. num. 9. & rationem reddit fulsissime Blanc. de iudic. ad fin. n. 29. seg. ff. de q. vbi & ipse in proposito considerat rationes, Roland. de Curte inter conf. criminal. diuers. conf. 75. n. 21. & 22. & ibidem Marc. Angel. conf. 30. n. 1. Angel. Aret. conf. 72. n. 11. & 12. Plot. inter eadem consilia conf. 7. n. 47. vol. 2. Alex. conf. 65. habita super contentis n. 1. lib. 1. Carer. in pract. in 2. tractatu de iudic. §. circa quintum, num. 8. Follet. in pract. crimin. verbo, de reo copia capitulorum, n. 1. fol. mibi 269. & in verb. est consuebitum, in 3. parte 3. part. n. 51. fol. 324. Nouell. in tractatu ad defensionem, Corrad. in pract. tit. de negat. crimin. n. 5. fol. 289. Dec. in l. 2. n. 15. C. de eden. Ant. Gom. var. res tom. 3. c. 13. de tortur. reo. n. 21. Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 49. in princ. vbi dicit hanc sententiam esse communem ex multis aliis, quos sequitur. Rursus idem Clar. in d. q. 49. sub vers. sed quid sit ille, vbi pariter testatur de communi & abb. in l. vniu. §. cogniturum, n. 3. ff. de qu. quem etiam refert las. in conf. 75. col. fin. vers. secundo allego, & multos alios adducit concordantes. Imo quod si prædictæ indiciorum copiam à reo petatur iam tortura alligato, negari minime debent, affirmat Burtat conf. 201. n. 70. vbi etiam dicit de communi Tib. Dec. conf. 8. n. 101. vol. 1. & conf. 93. n. 131. vol. 2. Bertaz conf. 130. n. 1. Idque etiam habetur ex Bulla Pauli III. ordine 38, illius Pontificis generaliter loquenti.

Quæ quidem defensiones & indiciorum copiam ita necessariae sunt, vt neque à iudice habente quodcumque liberum arbitrium, & absolutum denegari possint, vt per gloss. in elem. sape. §. non sic tamen. in verb. defensiones & ibi Card. Zabarell. col. 1. vers. quare, de quib. de verborum sign. Anchar. conf. 11. alique complures ab eodem relati: nec vero etiam ab eo qui habet facultatem procedendi sine iuris solemnitate, ita asserunt Menoch. de arbit. q. lib. 1. q. 77. n. 1. & segg. q. 78. n. 3. Carer. in pract. crimin. in 2. tract. de iudicis §. circa quintum n. 17. Afflic. decis. 391. post num. 2. & ibi Vrsill. in addit. pariter, post num. 2. vers. in iudice habente liberum arbitrium. Ioan. Mar. Montic. reg. crim. 14. n. 8. q. & n. 11. vbi alios adducit concordantes, & exemplificat maximè quando aduersarius est potens, & vis seu fraus aliqua timetur.

Amplia autem hanc regulam, vt procedat etiam in atrocissimis, in quibus adhuc reo minime esse denegandas defensiones & indiciorum copias recipitur Carer. in pract. crim. in 2. tract. de iudic. & tort. §. circa quintum, n. 16. vbi allegat Grammat. vob. 30. n. 2. iunct. n. 31. Ioan. Mar. Monticel. reg. crim. 14. n. 3. Boss. in tit. de iud. & consider. ante tortur. n. 77. & segg. Roland. conf. 12. n. 58. in fin. & n. 61. vers. non obstat. Et hinc est quod licet crimen hæretis atrocissimum sit, in eo tamen non sunt denegandæ defensiones, secundum Balb. in conf. 95. vol. 1. quem refert & sequitur Boss. in tit. de iudic. & consid. ante tortur. 78. prop. fin. & in tit. de her. n. 9. Roland. d. conf. 12. n. 61. vol. 3. Paris. conf. 2. n. 155. & segg. lib. 4. Vulpell. conf. 21. num. 3. Frane. Petron. in tr. de iudicib. n. 22.

Limitatur

Limitatur tamen hæc conclusio, vt non procedat in crimine hæretis ad hoc scilicet, vt nomina testium reo edantur. Ratio est quia si nomina publicatio fieret pauci repererentur, qui liberè testimonium perhiberent, ita sententiæ habent in tr. de her. c. 61. n. 9. & Clarus q. 49. vers. habetque locum, in fin. Qua de re etiam nonnulli Doctores dubitarint, controuersia videtur sublata per Bullam Pauli III. in ordine 58. vbi dum tradit copiam testium & indiciorum reo esse tradendam, nominatim excipit crimen hæretis, in quo testium nomina publicari non debent.

Quod autem copia indiciorum, & testium reo sit danda, quando agitur de eius tortura, probatur per textum in l. defensorum, §. si ad diem, ff. de re militar. imo nec poterit torqueri denegatis defensionibus per textum, qui magis in specie id probare videtur ad literam in l. vniu. §. cogniturum ff. de q. Cogniturum, item ex text. in l. defensionis faculus danda est his quibus aliquando iniquitatem suspicari inferri. Itemque ex iure Canonico habetur textus etiam, in cap. cum inter, ibi, duximus respondendum quod predicto nobili legitima defensio in iudicio reseruetur, extra de except. & text. in element. Pastoralis, ibi per consequens & indefensum: Et Paulo infra ibi, per quæ de crimine præsertim sic graui delato defensionis, quæ a iure preuenit naturali, &c. & ibidem hoc committitur notant omnes scribentes, de de sent. & re iudic. & text. in cap. qualiter & quando il. 2. ibi, & exponenda sunt ei capitula, de quibus fuerit inquirendum. Ex quibus & aliis quamplurimis Doctorum auctoritatibus, quæ in proposito allegari possent, patet iure dubio opinionem propositam non solum communiter esse receptam, sed etiam non habere contradicteorem.

Veram autem esse eandem, etiam si à reo non petatur copia indiciorum, est communiter à Doctoribus receptum est, & in practica à Iudicibus seruatur, sicut etiam sic in specie affirmant Put. & Marfil. relati per Bossium in tr. de confessione, post num. 6. vers. contrarium tenet &c. alioque plures in idem refert Follet. in pract. crimin. in verbo & si confitebuntur, prima part. 3. part. num. 64. in discussu per totum, vbi præsertim ex Angel. de malef. in d. verbo, qui index dicitur inquisit. &c. in princip. dixit, quod practica omnium Criminalitarum est, quod detur copia hæc siue petatur, siue non.

An autem reus renuntiare possit defensionibus suis, & si renuntiauerit, an huiusmodi renuntiatio valeat, affirmantur Doctores nonnulli relati per Angel. de malef. vbi infra, in verbo, qui verbo, qui index dicitur inquisit. post num. 3. & n. 14. & per Marfil. in pract. §. examinanda, num. 1. vers. sed contrariam partem, & per Ducn. reg. 190. in 4. limitat. in princip. & alios. Communior tamen est sine dubio Doctorum opinio quæ affirmat, Reum nec defensionibus suis renuntiare posse, nec si renuntiet, eam renuntiationem valere, argum. tex. in l. non tantum & ibi glossa in verbo, acquiescit, ff. de appellat. & expresse hoc voluit glossa in l. pactum inter heredes, in verb. cum liceat, in vers. item pactum ne quis se defendat &c. post medium ipsius glossæ, ff. de pactis, quam in proposito sequuti sunt Bart. in l. custodia, in fine, §. de public. iudic. & in l. quidam sum serui pæna, ff. de pæna, & in d. l. non tantum, ff. de appellat. lat. in l. si quis in conscribendo, n. 18. C. de pact. Paris. de Put. in tract. syndic. in verbo condemnatio, cap. 4. incip. an Possit qui misti ad supplic. num. 6. in princip. vers. que sunt etiam vera. Angel. de malef. in verbo, Praxis Criminalis.

qui index dicitur inquisit. & cuiuslibet eorum statim terminum &c. num. 5. in princ. Afflic. dec. 391. verbo, suis sub dubitatum, post n. 9. vers. hunc dicimus. Brun. de iudicis & tort. 2. p. q. 5. post. n. 51. Follet. in pract. crim. in verbo, est confitebuntur, in 3. part. 3. part. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. c. 1. rubr. de tortura reor. sub num. 53. in fine vers. poterit probare innocentiam & defensionem suam & vbi in idem plura iura adducit, & plurimos Doctores allegat eandem tenentes sententiam Quæ quidem sententia locum habet non modo in criminibus enormioribus, sed etiam in eadem renuntiatio Rei fuisse iuramento firmata, vt per Foll. Ducn. & alios sup. cit. loc. allegatos comprobatur.

Et licet renuntiationem defensionis suæ à Reo factam, allatâ causâ cur renuntiet, multi Doctores satis probabiliter valere tenentur; vt Bald. in l. raptores, in 4. notab. num. 4. ff. de Episc. & cler. per glossam, in l. 1. ff. de scribis balnearum, quem sequutus est Angel. de malef. in d. verbo, qui index dicitur inquisit. & cuiuslibet eorum, n. 5. vers. dicit tamen Baldus. Vbi testatur se semper practicasse dictum Baldi in d. l. raptores, dicitque quod hæc practica vtuntur hodie Alesiores, quia scilicet faciunt damnandos renuntiare termino, ad dictâ causâ, nullam habent defensionem; Bonacoia in communib. opinionib. crim. 1. par. vers. defensione persona, allegans in eadem sententia concordantes Follet. Marfil. Socin. Sen. & alios. Contrarium tamen verius ego censco, quod immo nec talis renuntiatio, hoc modo concepta valeat, & quod male faciant indices inducendo reos ad renuntandum suis defensionibus, sub pretexto quod defensionem nullam habeant; & in casu bene consuluit Angel. vbi supra in d. l. sed & si quis, in verbo, qui index dicitur inquisit. & cuiuslibet eorum, num. 14. vers. clamant enim, Marfil. in pract. §. examinanda, num. 11. in fine, Rub. Alexander in tract. de potestat. procurat. §. publicè ff. de procur. num. 29. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortur. reorum, sub num. 35. Corrad. in pract. d. tit. de proceden. ante discussuriam, & defensionem post num. 55. Clar. quast. 49. vers. quæro nunc, in fine. Menoch. de arbit. quast. lib. 1. quast. 7. n. 10. Bonacoia in suis comm. opin. crim. p. 1. vers. defensionem autem competentibus, fol. mibi 48. col. 1.

Limita tamen hanc vltimam & veriore sententiam, vt primò procedat in delictis notoriis, vel quando Reus deprehensus est in flagranti crimine, tunc enim posse reum defensionibus suis renuntiare præter Bald. Rom. alioque, scripsit Angel. de malef. Marfil. Follet. Corrad. Bonacoia in loc. sup. cit. Secundo non procedit in reo confesso, qui si post confessionem suam defensionibus renuntiauerit, valebit renuntiatio, vt præter supra cit. auctores, asserit Cæf. Ursil. in addit. ad Afflic. decis. 351. n. 7. col. 2. vbi testatur de communi, & quod totus mundus eam seruat. Tertio nõ procedit in famoso latrone, aut allasino, quem posse suis defensionibus renuntiare suprad. auctores communiter concludunt. Quarto, non in pænis pecuniariis & non corporalibus, nec in defensionibus à iure tatum inductis vt ex eisè euidenter liquet.

Quæres an in aliis casibus quam criminalibus, g. pro ingressu collegij aut dignitate aliqua sit danda oppositio eam petenti copia testium? Respondeo affirmative ob easdem rationes de quibus in numeris superioribus valent enim equaliter vtrobique. Neque dicas inueniam fieri testibus, si eorum nomina edantur oppositori, quem inimicum postea sint habituri, paucosque testes inueniendos qui nomina sua non

C 3 propala


propalare recusent, propter periculum, quod ab inquisitis eis sequi potest. Nam ultra responsionem supra huic difficultati assignatam, facile (inquit) est iterum respondere, nempe quod testium nomina, si expedire visum fuerit occultentur: dicta autem eorum solummodo publicentur, vel in quo defectus consistat detegatur, ut error, vel falsitati occurratur, vel inquisitionem repeti iubeatur.

14. Quod si processus criminalis simul fulmineur contra presentes, & absentes reos, ut sapissime in praxi contingit fieri, non debet differri processus rei presentis, donec illi qui sunt contumaces condemnentur. Communis & iuridica secundum Boss. in tit. de sentent. n. 85. sed non servatur in practica secundum ipsum ibi, & in tit. de delict. n. 46. nec in Provincia Clari secundum ipsum d. 9. 49. vers. sed pone, dicentem, quod in ea nunquam publicatur processus offensivus presentis, nisi prius contumacibus condemnatis, & quod, ita omnino servandum esse in facti contingencia, Senatus expressit rescriptis praeoribus Fontanellæ, & Romanenhi. i. 1. Augusti 1558 & quod iudicio suo est optima practica, ne si publicetur processus, possint contumaces instrui de iudiciis contra eos existentibus, & subornare testes, & deinceps comparere. Ipsis autem contumacibus condemnatis fit publicatio processus quoad presentes, daturque eis copia deletis tantum prius, quantum commode fieri possit, nominibus contumacium, atque his omnibus, quæ ad eos pertinent: quatenus tamen, quæ ad presentes per huiusmodi deletionem non tollatur vel in minimo facultas defensionis; sed hæc practica non videtur iuridica secundum Bossium ubi supra, & ideo aliter distinguit, ut ibi per eum.

15. In Hispania autem, simul contra absentes, & presentes reos criminum proceditur, nomina tamen absentium, nec eorum culpæ leguntur, nec dantur presentibus, sed vel ipsa non exemplantur, vel non leguntur reis presentibus, eorumque advocatis & agentibus, & deinde prius condemnantur absentes, postea vero presentes, & ita sapissime fieri, & observari vidi in praxi.

16. Est igitur iuris certissima conclusio, & communis praxis, ut in criminalibus nemo debeat condemnari, nisi prius data copia iudiciorum, & termino competenti ad faciendas suas defensiones, etiam si fuerit delictum ipsum sponte confessus. Et hanc practicam servat totus mundus, secundum Salice. in l. 2. n. 7. C. de cast. reor. Angel. de Malef. & alios practicos, eosque referentem Clarum d. 9. 8. in vers. est igitur.

17. Processus autem, qui fit super inquisitione generali ad inuestigandum, quis fuerit delinquens, minime publicari debet: cum enim in eo non sit adhuc aliquis reus certus, non est alicui danda copia iudiciorum, ita observat consuetudo, ut ex Anton. de Canar. de questio. in secundo memb. n. 32. in fin. affirmat Clar. ubi sup. in vers. hæc autem omnia, dicens notandum, quia plerumque solent fieri quedam comparationes præventoria, petendo copiam iudiciorum, &c. Cum tamen adhuc non sit formatus processus informativus, sine inquisitio specialis, ut eludant iudices imperitos: debet igitur iudex prius formare ipsam inquisitionem specialem, siue processum offensivum, & deinde servatis servandis poterit dari copia inquisito.



SUMMARIUM.

- 1. Reo interrogato à iudice de crimine, an liceat in conscientia veritatem negare, & memoris sequentibus, per raram questionem, & quando dicatur legitime interrogari? num. 4.
- 2. Reus inique interrogatus ordine non servato, vel à iudice non suo, qui ius interrogandi non habet, licet non teneatur respondere, & si coactus responderit, an iuste, & sine vitio possit fallere iudicem, & verbis ambiguis respondere?
- 3. Servo an liceat fugere à domino, ut à servitute liberetur.
- 4. Testi ab alio producto an liceat contra se respondere.
- 5. Bellum ex utraque parte iustum non datur.
- 6. Rem legitime interrogatus à iudice, an teneatur credere, antequam respondeat, vel petere copiam processus, ad hoc ut sibi constet an iuridice interrogetur.

An liceat reo in conscientia veritatem negare, per quam condemnaretur?

QUESTIO IX.

QVÆRO, an liceat in conscientia reo inquisito, vel accusato veritatem negare? Et in hoc omnes conveniunt, quod quicumque iuridice, hoc est, legitime secundum iuris ordinem interrogatur de suo crimine, teneatur illud sub peccato mortali manifestare.

Quod liceat interrogare probatur ex Sacra Scriptura, Iosue septimo, ubi sic interrogavit Iosue Acham, ut confiteretur suum crimen: Fili mi da gloriam Deo Israel, & confitere, ac indica mihi, quid feceris, ne abscondas. Dæte autem gloriam Deo teneatur quisque iuxta illud 1. ad Corin. 10. omnia in gloriam Dei facite: & Ionæ 1. Cum ob peccatum alicuius tempestatem illam ortum intelligerent illi viri, & iacta sorte deprehensus esset Ionas, Iure naturæ gubernator navis, qui eo casu erat legitimus iudex illius causæ, interrogavit Ionam, quid feceris?

Quod sit etiam necessarium medium aliquando probatur: nam existente delinquente infamato, vel si habeatur contra eum semiplena probatio potest, & debet iudex procedere ad punitionem, quod tamen fieri non potest nisi per interrogationem, & confessionem delicti: non enim licet aliquem condemnare aut punire, qui non sit confessus, vel convictus per text. in cap. nos in quemquam, 2. questione. 1. & in cap. iudex, eadem causa & questione, quia iudex agit de bono publico, quod pacifice conservari non posset, nisi crimen puniretur: & hoc fieri nequit, nisi iudex testimonio, & confessione rei causam cognosceret.

Cum hoc igitur ita sit, iudex habet ius interrogandi reum in hac specie: ergo reus etiam teneatur sub peccato mortali confiteri veritatem: alias enim darentur duæ contradictoriæ simul veræ, bellumque ex utraque parte esse iustum, quod esse non potest. Denique inferior

inferior teneatur sub mortali obedire superioris mandatis licitis, & honestis in rebus gravibus, ad Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & qui potestati superioris (intellige, iuridice procedentis) resistit, Dei ordinationi resistit: sed in nostra specie supponimus iudicem iuridice procedere: ergo reus teneatur ei obedire, sicque veritatem confiteri. Deinde nostra assertio probatur in cap. cum dilecti, de accusat.

Iuridice autem tunc procedit iudex in proposito, ad hoc ut reus teneatur confiteri veritatem, quando præcedit infamia, vel est notorium factum contra reum, vel adest semiplena probatio per vnum testem omni exceptione maiorem assertive deponentem, vel per indicia sufficientia in criminibus publicis, iuxta resoluta per auctores infra citandos.

His autem deficientibus minime teneatur reus contra se confiteri veritatem, ex text. in cap. quis aliquando de penitent. dist. 1. ubi Beatus Chrysostomus inquit: non tibi dico ut te prodas in publicum, neque apud alios te accusis, sed obedire te volo prophete dicenti, Revela ante Deum viam tuam, ut infra dicemus in questione sequenti, & prædictam sententiam affirmativam tenet D. Thom. 2. 2. quest. 69. art. 1. & 2. receptus communiter ibi, & alibi per omnes, ut patet ex Caicatan. & cæteris scribentibus super eum, & Soto de ratione legendi. & de legendi. secret. in secundo membro, quest. 7. conclus. 1. & 2. & de iust. & iur. lib. 5. quest. 6. art. 1. & 2. quest. 7. art. 1. Nauar. in man. cap. 25. num. 35. & est communis opinio Doctorum utriusque iuris, ut plurimos referens testatur Anton. à Cordub. lib. 1. suar. questio. quest. 43. fol. 350. col. 2. & D. Thom. in hoc est communiter receptus, ut restatur novissime cum sequatur Ludovic. Vela in responsio. ad casus conscientia, casu 32. Et est doctrina communis ut testatur eam sequutus Ludovic. Carbo de restitutione quest. 51. in versiculo, postrema, & in eam conveniunt omnes fere Theologi, ut plurimos congerens restatur Petr. à Navarra, lib. 2. de restitutione, cap. 4. num. 138. & ex nostris eam plures allegans tuctur D. Covarruias, in practica questionibus, cap. 18. num. 7. ad finem, & lib. 1. variarum, resolutionum, cap. 2. num. 2. Navarra. in cap. inter verba, corollario 46. 1. questione 3. Gregorius Lopez, in l. 4. per text. ibi, tit. 29. partit. 7. in glossa, iuræ que diga la verdad. ubi late Rode. Suar. in l. 4. tit. de lai iur. as, num. 15. lib. 2. fori legum, Antonius Gomez, 3. tom. variarum resolutionum cap. 12. de probat. delict. num. 5. Bernardus Diaz de Lugo in practice, crimin. cap. 126. in novis num. 4. nos idem sequuti lib. 1. canonicarum questionum cap. 11. num. 39. & cap. 15. num. 15. & latissime eam probat, & sequitur plures allegans, & dicens quod est communis, & receptissima sententia Theologorum, & Canonist. Salzedo in addition. ad Bernardum Diaz, ubi supra, & eam omnes tam Theologi, quam Canonistæ communiter fatentur secundum D. Segura in suo instruo. iudic. Ecclesiasticæ. 2. parte cap. 24. num. 29. ubi quod alias non est absolvens reus, eamque sequitur, & late probat plures allegans Magister Aragon super D. Thom. 2. questione 69. artic. 1. & 2. pag. 495. in versic. mihi ex his, columna. 2. cum sequenti, & late Vega lib. 2. casuum conscientia, casu 307. iuxta impressionem Complutens. ann. 1594. fol. 83.

Et procedit hæc sententia, etiam si sine iuramento, reus à iudice legitime interrogetur: quod patet ex fundamentis prædictis, quæ non nituntur in vi iuramenti, sed ex iure, quod ha-

bet iudex ad interrogandum, & ex obedientia, quam inferior debet superiori iuridice procedenti, ita Soto, & Salon ubi sup. scilicet de iust. & iur. column. 1472. in fine, & in principio sequentis, & iterum column. 1563. contrones. 10. in 2. conclus.

Sed quamvis præfata opinio D. Thom. receptissima sit, Abb. tamen in cap. 2. colum. penultima de confes. Syluester, versic. confessio delicti, questio. 1. Angel. eadem verb. Armil. aurea, questio. 8. Alcocer in summa, cap. 26. §. incip. el Reo, necnon, & Nauar. ab eo citatus ita in proposito distinguunt, ut si quidem reus ex confessione timeat penam temporalem possit negare veritatem, siue iudex procedat ex iure officio, siue ad instantiam partis. Si vero pena imponenda non sit temporalis, sed spiritualis, ut excommunicatio, & simil. teneatur sub peccato mortali delictum confiteri. Sed est falsa hæc opinio, & distinctio, & contra omnium Theologorum sensum (ut vidimus) ideo non est tenenda.

Est & alia novior tertia opinio quorundam Recentiorum pie, & probabiliter existimantium, non vniuersaliter (ut secunda dicebat opinio) sed in causa criminali præcipue capitis, posse reum in conscientia veritatem secluse mendacio verborum inuolucro contegere, ita Petrus à Navarra, lib. 2. de restitutione, capit. 4. num. 142. cum sequentibus, & Ignatius Salzedo, in addition. ad Bernard. Diaz, in practice, crimin. cap. 126. versic. nono denique, & Pater Frater Emanuel Rodericus, in sua Summa de casus de conscientia, cap. 10. del orden judicial, numer. 1. ubi idem probat quousque agitur de magno honore, quorum hæc sunt fundamenta.

Primum naturalis æquitatis dictamen, ac vehemens inclinatio, quam natura dedit ad sui conseruationem: à qua naturali æquitate proficiscitur ius alieni furtipendi pro sustentatione necessaria in extrema necessitate: similiter inimicum inuadentem occidere, & seruo licet fugere à domino ut liberetur à seruitute eius, quæ mors civilis est: ergo multo fortius natura permittent licet reo tacere veritatem, quæ probari non potest, ut suam quisque vitam saluare possit.

Secundum fundamentum huius opinionis est, quoniam in iure habetur quod consanguineus compelli non possit contra consanguineum ad testificandum, ut in l. 4. cum seq. de testibus ff. nec similiter quando magnum aliquod dispendium timeat testis in se ipso: non enim potest interrogari testis, nec ipse teneatur respondere super his interrogationibus, per quas turpidum ipsius testis detegitur, ex ratione text. in d. cap. quis aliquando, §. non tibi dico, prima distinctio. & ideo nec an crimen commiserit, quod ei obicitur, ad eruendum eius testimonij fidem, cum esset iniqua, & iniusta interrogatio, etiam si crimen fit publicum, vel sit ipse testis eius causa publica nota insignis, quem vulgo dicimus infamatum, ut ex Innocentio, & probat Covarruias in practice questionibus capit. 18. numer. 17. Quis autem est magis propinquus consanguineus quam quisque sibi? aut quod maius dispendium, quam mortis? Nec dicitur quod in d. l. 4. solum agitur de criminibus occultis, in quibus nec indicia, nec infamia, neque semiplena probatio præcesserunt: nam si hoc ita esset, nullum ibi inueniretur beneficium legis consanguineis concessum, cum nec etiam

extranei tunc compelli possent ad testificandum de simpliciter occultis: & tamen certum est, ex mente omnium, aliquid speciale in ea lege propinquis concedi, ac etiam testibus in proprio crimine, quod aliis in communi non est concessum.

10 His tamen non obstantibus, nec aliis huiusmodi, quæ excogitari possunt ad colorandam hanc opinionem, ea falsa est, ac proinde reicienda omnino, ac non tenenda, nec confundenda reis, aliusve, utpote contra salutem suam spirituales: sed potius amplectenda est prima sententia D. Thomæ, quæ est verissima communis, & receptissima tam Theologorum, quam vniuersæ iuris Professorum: quis ergo timorata conscientia audebit ab ea discedere? Fundamenta profecto eius supra relata tam verissimam reddunt etiam in causa criminali, capitali, & honoris, ut deducitur ex mente D. Thomæ, & sequacium vtrumque casum comprehendente.

11 Quandoquidem generaliter, & simpliciter loquuntur in quacumque causa criminali: & nuncupatim, quod reus legitime interrogatus à iudice de crimine iam iudice notorio teneatur illi confiteri veritatem, etiam si videat certo, & euidenter ex tali confessione imminere sibi mortem, tenent. D. Soto de iustitia, & iure, lib. 5. quest. 6. artic. 1. in prima conclusio-
ne, & Salon de iustitia, & iure, in 2. 2. D. Thom. quest. 69. artic. 2. controuersia, 10. colum. 1561. dicens hoc consistere ex D. Thom. in primo artic. illius questionis, ubi probauit in re grati, qualis est hæc: esse peccatum mortale intrinsece ex suo genere mentiri iudici iuste interroganti, & quod hæc est communis omnium Doctorum nemine discrepante præter imperitum vulgus; qui vitam corporis salutem humanam solet præferre. Eandem doctrinam D. Thomæ, supra citari, & communiter recepti sic interpretatur Nauar. in Manuali, cap. 25. memora 35. Ludouicus Vega ubi supra, dicto casu 32. in princip. ibi, quamuis ob id sit morte ple-
tendus, & communiter omnes ita volunt ac sentiunt, & nouissime Carbo ubi supra, admonens confessarios vt caueant ne absoluant reos, qui nolunt veritatem fateri cum iudice interrogantur, nec eos cogant, cum non recte inter-
rogantur.

12 Quinimo ipsi Doctores probant teneri quem iure diuino, & humano, etiam de proprio crimine respondere, quoties iure fuerit interrogatus secundum Innocentium, in cap. 2. de confessis, & ibi Doctores, Diuus Thom. in secunda secunda, questione 62. artic. 1. & questione 76. artic. 1. Soto, & alios quos in id ipsum citat Diuus Couaruias, in practicus questionibus, dicto cap. 18. numero 7. circa finem. Si ergo ad hoc tenetur reus iure diuino, & humano quis quæso interpretum, præcipue iuniorum, audeat distinguere inter crimen, & crimen? nonne in vtroque idem ius ligat: & ita merito contra Petrus, à Nauar. ubi supra, dicit esse longe probabiliorem sententiam, eam sequutus, & bene probans cum quampuloribus authoribus quos refert Magistrat. Aragon. ubi supra.

Et quia destructo fundamento corruiit ædificium, vt in cap. cum Paulus, 1. questione 1. Ad primum fundamentum Modernorum, hoc est, naturalis rationis dictamen, ac vehementem inclinationem, quam natura dedit ad sui con-

seruationem, respondemus, Primo hoc procedere, dummodo non agamus alias contra aliud ius naturale ac diuinum, præcipiens non esse mentium, nec iurandum nomen Dei in vanum, & sic dum non faciamus contra conscientiam: quia qui contra eam facit ædificauit ad Gehennam, & potius debemus omnia mala pati, quam peccato consentire, text. in cap. sacris, de his qua vi, metusve caus. sunt, cap. inquisitiones, de sententia excommunicatio-
nis, & ibi glossa verbo humiliter suscipere, cap. ita ne, 32. quest. 5. & mendacium adeo est intrinsece malum, vt nullo modo possit bene fieri, aut honestari ex aliqua circumstantia, vt bene probat Salon de iustitia, & iure, columna 1473. in finem.

Secundo potest procedere contrarium fundamentum, quando reus de occulto crimine, & sic non iudice, nec legitime interrogatur, quo casu reus non tenetur confiteri veritatem, sed potest eam verborum inuolucro contexere, vt supra, asseruimus, & infra latius probabimus.

Ad primum corollarium, quod ex illo primo fundamento elici videbatur, nempe, vt pro sustentatione vitæ necessaria in extrema necessitate possit quis aliam subripere: Respondetur, ideo hoc tunc licere: quia tempore necessitatis omnia sunt communia: res enim, quæ homini redundant, pauperum sustentationi iure naturæ debentur. Et D. Ambrosius (vt in Decreto habetur 47. in distict.) ait: Esurientium panis est, quem tu desines, indolorum indumentum est, quod tu reclusis miserorum redemptio, & absolutio est, pecunia, quam tu in terra desolis. Ratio autem naturalis sic colligitur: nullum ius gentium, aut humanum, naturali potest, aut diuino derogare, cum hæc superiora sint; iure autem naturæ diuinaque prouidentia institutum est, vt res inferiores hominum necessitati subueniant, propter quos conditæ sunt: ergo vbi res inuisibilium redundantes possessori non seruiunt, nullo iure humano vetari possunt, quominus in egentium vsum veniant. Quo fit, vt in extrema necessitate, puta, vbi euidens, & ingens est, tunc calamitosus ille licite possit alienis rebus sibi succurrere, siue clam sublati, siue palam: quoniam, tam innatum est homini ius seruandi sese, vt illi alia cuncta cedant, vt probat Dominicus, à Soto de iustitia, & iure, libro quinto, questione tertia, articulo quarto, at vero in specie nostræ questionis respondendi iudici competenti, iuste, & legitime interroganti reo, non inuenitur vlllo iure permixtum mendacium, aut occultatio veritatis: nec enim pro conseruatione corporis, quæ est res minoris valoris, licet animam perdere, quæ est bonum supremi valoris: ita enim hæc inter se differant, quantum spiritualia distant à temporalibus.

Quinimo non licet vt falsitate, vel mendacio ad mortem euitandam, text. in cap. nequis cum sequentibus, 22. quest. 2. ex Augustin. in 5. Psal. & lib. contra mendacium cap. 17. & ita peccat aduocatus, qui in iudicio, etiam contra aduersarij cauillationes, iudicem, vel eundem aduersarium mendacio, aut falsitate decipit, D. Thom. 2. 2. quest. 71. artic. 3. & quest. 40. artic. 3. communis, vt ex aliis probat D. Couar. lib. 1. v. riar. resol. cap. 2. num. 1. ubi mem. sequenti in notis propriis terminis probat, quod licet inique interrogatus

interrogatus ordine non seruato, vel à iudice non suo, qui ius interrogandi non habet, non teneatur respondere: & si coactus responderit, iuste & sine vitio, valeat ipsum iudicem verbis ex communi significatione ambignis fallere, mē-
tiri tamen nullo pacto debet, alioqui peccato subditur, & hoc cum D. Augustino, Thom. Caietan. Adrian. Sor. Nauar. & Ginesio à Sepulued. quos ibi refert. Ergo cum reus iudice interrogatur iudicem fallere non potest, nec vt aliquo mendacio, aut veritate contexere: præsertim: quia quādo index iudice procedens ita interrogatibus (vt solent practici, & periti iudices) premit reum, vt absque mendacio veritate occultate nullo modo possit, quid proderit ei præfata noua, sed falsa opinio modernorum.

Ad secundum corollarium prioris fundamenti, nempe quod pro conseruatione sui liceat, cuique inimicum, inuadentem occidere. Respondemus id licitum esse, ac recte procedere eodem iure naturali, nullo alio iure in contrarium existente, nempe: quia vim vt repellere licet cum moderamine inculpate tutelæ, est enim defensio de iure naturali. Quinimo hoc argumentum contra ipsos retorquetur: si enim in hoc moderamine inculpate tutelæ vitandum est, vt liceat inuadentem occidere, inde fit non licere mentiri, aut veritatem occultare iudici iusta interroganti: quia non seruatur prædictum moderamen, cum perdat animam.

18 Ad tertium corollarium adductum in contrarium de quo supra, num. 8. ad finem, de fuga serui, quod licita sit, & c. Respondemus contrarium, vt patet ex traditis nouissime per Molin. Theolog. de iust. & iur. tractat. 2. disput. 37. colum. 294. cum sequentibus, & per Aragon. de iustitia, & iur. quest. 66. artic. 1. & pag. 396. colum. 2.

19 Ad secundum principale fundamentum partis contrariæ, quod consanguineus non possit compelli ad testificandum contra consanguineum, lib. 4. cum similibus, ff. de testibus. Respondetur non facere ad propositum: quia vendicat sibi locum text. ille, quando certum est iudici, foecerum, generum, cæteraque personas ibi expressas: quia delicto aduerent, deposituras aduersus ipsum reum, vt constat ex ipso text. in illis verbis vt testimonium litis dicat aduersa foecerum, & c. Hic autem non agimus magis in incerto, scilicet, quando index, vt sibi veritas innotescat, post alias probationes non omnino euidentes conquisitas reum interrogat, qui nisi veritatem exponat peccati mortalis reatum incurret, & c.

20 Similiter minus obstat, quod testis ab alio, productus non teneatur contra se respondere, nempe, super iis interrogationibus, per quas turpitudinis eius detegitur, ex ratione, text. in dicto capite, quis aliquando, §. non tibi dico, vt te produat, etiam si crimen sit publicum: quia in illa specie index non procedit contra testem tanquam contra reum, sed eum examinat, vt testem productum. Tenetur igitur cum iudice testis interrogatur crimen alterius, quod licet detegere, non vero suum: quia non iudice de suo crimine interrogatur, cum sit testis, summo esse inuita, & iniqua ea interrogatio.

21 Nec satisfacit responso Nauar. de qua supra, num. 3. ad rationem factam pro communi, nempe iudicem iudicem, ac legitime interrogare, præcipue cum iuramento, veritatem sibi

manifestari, & tamen reus legitime eam abscondit: quia vterque iure suo vitur, index percontando ob commune bonum, & reus celando ob bonum propriæ vitæ. Nec mirari (inquit) quisquam debet, quod detur illud veluti bellum iustum ex vtraque parte, seclusa ignorantia iniuicibili: siquidem constat licitum esse iudici d'annato ad mortem præcipere, vt è carere non fugiat, & tamen ipse parere non teneatur, Damnato etiam ad mortem in absentia index legitime præcipit, vt compareat, & tamen ipse in absentia venire non tenetur, & sic in similibus. Hæc namque responso nulla est, semper enim est implicatio in adiectione, quod detur bellum iustum ex vtraque parte: quod contingeret si Prælato iudice, ac legitime interrogato de crimine, posset reus illud licite celare, præmaxime quod ex iure, quod Superiores habent ad aliquid præcipiendum, euidenter colligitur obligatio subditi ad obediendum: non enim fieri potest quod subditus habeat ius ad non obediendum, & quod illud habeat Superior ad præcipiendum, cum hæc sint correlatiua, mutuoque se consequantur, vt constat ex Paul. ad Romanos decimo tertio. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nec obstant exempla in contrarium adducta: quia in illis, cum inclinatio, quam habent homines ad tuendam propriam vitam, acque libertatem, sit valde naturalis atque vehemens, fit vt non habeant iudices potestatem præcipiendi, ne condemnatus ad mortem fugiat si potest, vel quod absens compareat, quamuis habeat ius ad illud suspendendum: essent enim huiusmodi præcepta valde rigida, & iure gentium nulla. Quare, dum damnati fugiunt, vel citari non comparent, nec faciunt iniuriam ministris iustitiæ, nec illis resistunt, aut violentiam inferunt, sed tantum causam suam deserunt diffidentes de illa, presentiamque suam negant, quam vt supponimus ex iure gentium exhibere non tenentur ad mortem, quam inde sibi vident imminere. Et eadem ratio est de seruo, qui se non vendidit, quantum ad recuperationem propriæ libertatis. At vero qui iam præsens in iudicio legitime cogitur respondere, faceret iniuriam iustitiæ, illique resisteret, non respondendo, sicut & qui fugit resistendo, aut qui iustus ascendere patibulum, vel collum gladio iustitiæ exhibere, id facere non vult, ita optime respondet Aragon ubi supra, pag. 496. columna 1. & 2.

Quibus fit, vt nullo inris colore defendi possit opinio contraria Modernorum aduersus D. Thomam, & cæterorum receptissimam omnium sententiam, audaciam prioris, Petri nempe Nauaræ, omnes merito reprehendunt: quia cum esset Theologus leuiter discessit à doctrina D. Thomæ præceptoris communis, tantorumque Patrum communi recepta, securiorique animæ: & eo magis, quod alius ausum præbuerit à veritate, & solida doctrina deuiandi, incedendique via laxiori cum periculo salutis animarum, nisi horum posterorum factum quoque inceptum, cum eadem ratione non deberent à doctrina verissima, & receptissima declinare, sequuti iunioris nouam, ac periculofam, quæ potius gratia disputationis, quam vt in actu practico sequeretur, dicta, aut scripta censenda merito foret. Sed miror quoque Ignatum Salzedo, qui cum esset vir perdoctus, & senex, ac in

in florentissima Theologorum Academia Complutens. existens, & publicus professor Sacrorum Canonum, illam singularem opinionem Nauarra sequutus fuerit, libimet directo contrarius in versiculo, paulo precedenti, incipit. *quamvis opinionem contrariam, ibi sed primam opinionem tanquam vtiorem amplectimur, appellans eam communem apud Theologos, & receptissimam.* Igitur de Emanuele Rodriq. amico nostro quid dicam. Nihil profecto, nisi quod cum valde Religiosus, & doctus sit, publicusque professor doctrina Sancti Thomae, ab eius praedicta sententia approbatissima discedere non debet, vt vulgo imperito placeret. Hi tamen tres Socij eam solum habere possunt ex-culationem, nempe, quod ita putauerint iuxta proprias conscientias posse defendi: non tamen debuissent id palam docere, nec publicis scriptis mandare, ne rei deinceps, eorumque aduocati, & consiliarij suum sequuti iudicium faciant reos, contra quos iuste, & legitime proceditur, veritatem occultare, ne dicam etiam negare.

23 Sed vtrum ad hoc, vt reus teneatur iudici respondere veritatem legitime interroganti (vt supra visum est) sit necessarium quod iudex prius ei notificet contra ipsum esse infamiam, indicia, vel semiplenam probationem, vt sic sciat ipsum iuridice interrogare, an vero teneatur statim ei fidem adhibere, credereque, quod iuridice interrogat, vt veritatem illico manifestet: egimus late lib. 1. *Canonic. questionum, cap. 11. num. 43.* Vbi retulimus duas opiniones contrarias affirmatiuam, quae habet iudicem teneri prius reo notificationem praedictam facere, & negatiuam, quae contrarium dicit, nempe vt non sit necessarium, quod id reo constet, sed debeat pro iudice praesumi, quod legitime procedat, & interroget, ad hoc vt reus eidem teneatur respondere veritatem. Et hanc diximus communiter praedicari, & sequuti fuimus, dum de opposito non conlitterit sufficienter. Censuimus tamen, *num. 44.* quod reo postulante debeant illi edi atque legi dicta testium ad hoc, vt sciat an veritatem fateri teneatur, & quod si hoc à iudice, denegatur non tenebitur respondere: idem nunc quoque probamus. Tameris Magister Aragon, *vbi supra, pag. 497. colum. 1. in principio,* opinionem priorem praefatam affirmatiuam prober, nempe, quod quamdiu reus dubitat, an sint indicia sufficientia, infamia, vel semiplena probatio contra eum, vt saepe accidit: quia iudices frequenter leui timore, & leuibus inditijs moti gloriosum sibi existant, si sub iuramento minis, & alijs vexationibus mille artibus ventens à reo veritatem extorqueant de crimine occulto, quod commissum suspicantur, non teneatur respondere veritatem, quamuis non debeat mentiri. Nec pro iudice est praesumendum quod iudex non constet, vel rationabiliter constare debet, quod ipse legitime procedit, maxime in rebus grauioribus, & potissimum in his, quae vitam in discrimen obiciunt. Sed quod in rebus leuioribus possunt, quidem subditi Praelatis fidem adhibere, & non omnibus, sed illis quos probos, prudentes, ac scientia peritos cognouerint, cum tamen in rebus grauioribus ius habeant vitam, & proprium honorem tuendi, quouique sibi contrarium rationabiliter conlitterit. Addit praeterea, quod sibi dicta opinio negatiua contraria nimis dura videatur. Sed cum in dubio pro iudice praesumendum sit, adhuc sublineri potest praedicta opinio negatiua, cum eam sequantur alij Authores, & quidem graues, praesertim quando reo alias constat contra se esse probatam infamiam, indicia, vel esse semiplenam probationem. Non tamen condemnare potissimum eos, qui praedictam opinionem affirmatiuam sequuti delictum iudici non propalauerint, neque eorum consultores: siquidem autoritate tantorum Patrum, & probabilitate quoque est munita, & praeterea in fauorem reo secutos eos esse censerem, dummodo reo non conlitterit praedicta esse probata in processu, quamuis ei iudex id non notificauerit. Ceterum proculdubio procederet opinio praefata affirmatiua, si reus certo sciret, vel bona fide crederet contra se nihil posse probari: si quidem delictum omnino occultum fuit. Quod si posset probari, & dubitat an contra se sit semiplena probatio, vel infamia, aut indicia probata, petat à iudice processus copiam antequam respondeat: quo facili medicamento austeritas, & duntaxat negatiuae sententiae visa Cordubae, & Aragon mollitur, quod si iudex eam reo negauerit, tunc reus secute non tenebitur iudici veritatem manifestare, cum cesset iam pro eo praedicta praesumptio, ex quo iudex per id suspectus efficiatur reo.

memendum sit, adhuc sublineri potest praedicta opinio negatiua, cum eam sequantur alij Authores, & quidem graues, praesertim quando reo alias constat contra se esse probatam infamiam, indicia, vel esse semiplenam probationem. Non tamen condemnare potissimum eos, qui praedictam opinionem affirmatiuam sequuti delictum iudici non propalauerint, neque eorum consultores: siquidem autoritate tantorum Patrum, & probabilitate quoque est munita, & praeterea in fauorem reo secutos eos esse censerem, dummodo reo non conlitterit praedicta esse probata in processu, quamuis ei iudex id non notificauerit. Ceterum proculdubio procederet opinio praefata affirmatiua, si reus certo sciret, vel bona fide crederet contra se nihil posse probari: si quidem delictum omnino occultum fuit. Quod si posset probari, & dubitat an contra se sit semiplena probatio, vel infamia, aut indicia probata, petat à iudice processus copiam antequam respondeat: quo facili medicamento austeritas, & duntaxat negatiuae sententiae visa Cordubae, & Aragon mollitur, quod si iudex eam reo negauerit, tunc reus secute non tenebitur iudici veritatem manifestare, cum cesset iam pro eo praedicta praesumptio, ex quo iudex per id suspectus efficiatur reo.



S V M M A R I V M.

1. Reus an testis à iudice, non iuridice interrogatus, quid debeat an possit respondere? & num. segg.
2. Mentiri non licet reo, etiam si iudex contra ordinem in ius interroget, & de alijs in proposito, num. 4.
3. Testis debet legitime interrogari sicut reus. Et quae sunt necessaria ad hoc in reo, in teste quoque desiderantur. Fallit quando proceditur via accusationis, vt in n. 9. & 10.
4. Interrogatus legitime à iudice negans veritatem peccat contra iustitiam, & teneatur de damnis inde secutus. Testis, qui fraude, aut dolo subducit se ne à iudice in testem vocetur ad liberandum proximum suum ab iniusta morte, poena, vel infamia, an peccet, & an aliquam restitutionem teneatur num. 7.
5. Testis, qui solus vidit committi delictum, quando proceditur via accusationis, teneatur interrogatus dicere veritatem, & n. 10. & 11. Et idem quando plures testes viderunt committi delictum, vt in n. 12. & 13.
6. Testis contrarius interrogatus an licite possit respondere iudici, se factum nescire?
7. Testis teneatur testificari, etiam si non interrogetur iuridice, quando in crimen est in fieri, aut instat, vel vergit in damnum notabile Reipublicae, vel proximi.
8. Praeterquam in confessione vere Sacramentali, vel secreto commissa, quia haec nullo modo sunt manifestanda n. 16. & 17.
9. Infamia ad interrogandum reum, vel testem, in factis sit de facto, vel requiratur, quod sit de persona, vt in exemplo de quo hic?

De

De reo, vel teste non iuridice à iudice interrogato quid facere tunc debeat, ac possit?

Q V A E S T I O X.

1. **Q**UARO, quid dicendum sit, si index de occulto crimine, vel alieno illegitime, hoc est, non iuridice interroget reum, vel testem, scilicet, quando non praedicit infamia, nec est notorium factum, nec adest semiplena probatio, vel indicia, vel si non sit proprius iudex, & sic contra ordinem iuris interrogetur?

2. Et quidem in hac specie respectu rei omnes conueniunt, ipsum reum non teneri ad aperendam veritatem, etiam si sub iuramento interrogetur: sed posse eam occultare vitando quacumque amphibologia, quam vitaris sermo extra mendacium ferre possit: nam sit alia verba nullatenus sensum admitterent, mendacium pateret.

3. Mentiri autem nullo modo licet etiam si contra ordinem iuris iudex interroget, vt docent S. Thom. 2. 2. *quae. 69. art. 1. & 2.* & communiter Theologi, & Canonistae.

4. Quoniam mendacium adeo est sua natura malum, & iniquum, vt nullam ob causam qui illud protulerit incolumis à culpa sit. Tameris, quando iniuste, ac citra iuramentum interrogatur quis, mendacium illud non sit mortale: quia non perniciosum, sed odiosum est, secus si sit perituum, ita Soto lib. 5. de iustitia, & iure, *quae. 6. artic. 1. in tertia conclusione, supra dictam etiam conclusionem* in reo tenent plerique ex praecitati in *quae. 69. art. 1. & 2.* Soto etiam, *vbi supra, art. 2. in versis. si veris. & de ratione legend. secret. membr. 3. quae. 3. conclusionem 4. D. Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. num. 7.* & ceteri omnes de hac re agentes: ex quibus constat hanc esse receptissimam sententiam Theologorum, & Canonistarum de quo latius infra agemus in *quae. 11. sequenti.*

5. Quod autem maiorem habet difficultatem, est respectu testis an interrogatus à iudice teneatur ei aperire veritatem. Et in hoc sit generalis conclusio, quod vbi iusta praecessit accusatio secundum debitam iudicij formam, teneatur homo Superiori subiectus testimonium ferre, in occultis autem de quibus infamia non praecessit minime, & praecipue Superiori non subiectus. Haec est conclusio D. Thomae, *quae. 1. 2. 70. art. 1.* & omnium scribentium ibi, super eum praecipue Soti lib. 5. de iustitia & iure, *quae. 70. art. 1.* & Salon eodem tractatu de iustitia, & iure in D. Thom. 2. 2. *quae. 70. artic. columna 162. 2. cum sequentibus,* & ibidem Magister Aragon, *pag. 118. columna 2. in versis. his constituitis,* vbi quod sicut certum est, quod teneatur reus dicere veritatem quando legitime à iudice interrogatur, ita etiam est certum de teste, & quae requiruntur ad hoc, vt iudex legitime interroget reum, sunt etiam necessaria ad legitimam testis interrogationem, vt etiam alij DD. argumentantur.

6. Ex quo inferunt, quod qui legitime interrogatus à iudice, de aliqua veritate, vel eam negat, aut occultat, peccat contra iustitiam, & te-

neret de damnis inde sequutis: idemque esse in eo qui fraude, aut dolo subducit se, ne à iudice in testem vocetur, secus, si nec vocatus, nec interrogatus taceat ea quae necessaria sunt ad liberandum proximum ab iniusta morte, poena, vel infamia, vel quouis alio documento, tunc enim quamuis delinquit grauius ad nullam tamen restitutionem teneatur: quia non contra iustitiam, sed tantum contra charitatem peccat, vt cum Beato Thom. probat, & tenet Aragon *vbi supra.* In occultis autem & de quibus infamia non praecessit non solum testis potest occultare veritatem, sed imo teneatur, si sit in praedictum tertij vt constat ex praedictis.

Illud tamen Reperio apud DD. in proposito differre inter reum, & testem, quod in his, quae sunt in damnum alterius, reus non teneatur ad respondendum iudici, nisi existat semiplena probatio, quando proceditur per viam accusationis, vel infamia, quando proceditur per viam inquisitionis. Testis vero etiam si praedicta non existant teneatur ad testificandum, quo fit vt si accusatio sit iusta in vtroque foro, vel in foro tantum exteriori testis teneatur respondere iudici interroganti, eique veritatem aperire, vt probat late Salon *vbi supra controuers. 1. colum. 1617. cum sequenti,* dicens se attingisse, *quae. 69. artic. 2. sed ibi colum. 1519. in versis. ad quartum videtur sibi contrarius, dum supponit debere esse semiplenam probationem, vel indicia manifesta, ad hoc vt iudex iuste interroget, quando proceditur per viam accusationis, quam vt testis teneatur respondere. Recte tamen inspectus ibi hoc non requirit de necessitate, sed tantum dicit non requiri infamiam, quando est accusator, sed sufficere accusatorem cum semiplena probatione, vel iudicij manifestis, & clarijs in d. ultimo loco ex proposito probat, & tenet, quod praediximus, sed nihilominus eadem sunt necessaria in teste, quae in reo, vt diximus *sup. num. 6.**

Ex quibus deducitur, quod si quando proceditur per viam inquisitionis, testis, qui vidit cum alijs constrictibus committi homicidium, interrogatus à iudice non teneatur respondere, nisi vel infamia praecesserit, vel indicia iuxta supra tradita: si tamen procedatur via accusationis etiam si solus videris committi delictum, teneris adductus in testem testimonium ferre. Reus autem tunc interrogari iuste non potest absque vno praefato iuratoque idoneo teste, ita nuncupatum tenet Soto d. lib. 5. de iust. & iur. *quae. 7. art. 1. circa fin. ibi, item vidisti, quem refert & sequitur Don Ludovicus Peguera decisione crimin. 5. numer. 11.* quae opinio probabilis est, ex praedictis, & propter autoritatem Soti, eam tenentis.

Nec his obstat generalis conclusio Beati Thomae, *10* communiter recepta sup. relata, dum loquitur etiam praecedente iusta accusatione, vt tunc testis de occultis non teneatur respondere: quia respondemus cum eodem D. Thom. 2. 2. *quae. 68. art. 1. ad tertium,* non esse omnino secretum (saltem iuridice) quod per sufficientes testes potest probari. Vnde quando D. Thom. 2. 2. *quae. 70. art. 1.* ait iudicem iuste interrogare in criminibus manifestis, vel de quibus est infamia, sic est explicandus, vt via accusationis liceat interrogare de criminibus manifestis, aut multis, aut saltem his, per quos probari possit in iudicio: sunt enim varij gradus manifesti, quorum vnus est, quod per sufficientes testes potest probari in iudicio; ita Salon *vbi supra*